Tacit. lib. 2. Incliti sumus illa victoria (pro incliti.) Liv. 7. ab Vrb. Inclita justitia, religioque ea tempestate Numæ Pompiii erat. Idem 6. bell. Pun. Inclitum divitiis templum. Sunt qui per i, nostrum scribant, putentque deduci δέδει γενετής, quibus tamen reclamat accentus, & quantitatis ratio : quandoquidem ratione diphthongi α, media deberet produci, quæ apud omnes corripiatur.

Inclitissimus, superlativus, εὐδεξία. Gell. lib. 3. cap. 7. Propter ejus virtutes omnis Græcia gloriam, atque gratiam præcipuam claritudinis inclitissimæ decorare monumentis.

Incoactus, a, um : Voluntarius. { οὐκεῖται. GALL. Non constraint, volontaire. ITAL. Voluntario, non sforzato. GERM. Ungezwungen. HISP. De su voluntad, voluntariamente. ANGL. Not constrained, willing. } Valer. lib. 4. cap. 7. Incoactam voluntatem esse in amicitiis contrahendis. Senec. Epist. 67. Omne honestum in iussum incoactumque est, syncerum, & nullo modo mistum. Gell. cap. 7. lib. 13. Homerius poetarum inclitissimus.

Incoctus, Incocetus, vide Incoquo.

Incoenatus, e : Sine cena, incenatus, qui non cenavit. { אֲדֹם. GALL. Sans souper, ou qui n'a encor soupé. ITAL. Senza cena. GERM. Der nicht zu nacht geessen hat. HISP. El que no ha cenado. ANGL. Not supped, supperless. } Plaut. in Casin. Illæ autem senem incognem ex-

trudere cupiunt ex ædibus, ut ipsæ solæ ventres distendant suos. Luceno, as : apud Sueton. in Tiberio, cap. 39. pro Cæno. { δανις. GALL. Souper. ITAL. Cenare. GERM. Zu nacht essen. HISP. Cenar. ANGL. To supped. } Incenante eo (inquit) complura & ingentia laxa fortuito superne delapsa sunt.

Incenatus, Non cœnatus. { אֲדֹם. GALL. Qui n'a encor soupé. ITAL. Che non ha cœnato. GERM. Der nicht zu nacht geessen hat. HISP. El que no ha cenado. ANGL. Not supped, supperless. } Plaut. Aul. sc. 4. a. 2. Superi incenati sint, & cœnati inferi. Cato de reru. Bibat aquam mulsam, cubet incenatus, postea manè bibat succum. Plaut. in Pseud. sc. 2. a. 3. It incenatus cubitum Juppiter.

Incenare, stupere, cessare. Gloss. Isid.

Incōgitans, tis, inconsiderans, non satis perpendens ea quæ agreditur. { ἀλόγος, ἀλαζός. GALL. Estourdi, qui fait tout à la volée, inconsideré. ITAL. Inconsiderato. GERM. Unbedacht/unbesinnt. HISP. El que no piensa. ANGL. Rash, unadvised. } Terent. in Phorm. Quid nisi fuissim incogitans, ita cum expectarem, ut par fuit. Et iterum, Adcón' te esse incogitantem, atque impudentem Phædia, ut phæteratis dictis ducas me, & meam ductes gratis!

Incōgitantiæ, æ, imprudentia. { ἀλογίσια. GALL. Inadvertance, inconsideration, étourdissement. ITAL. Inavertenza, inconsiderazione. GERM. Unbesinnlichkeit. HISP. Aquel poco pensamiento. ANGL. Rashness, unwareness. } Plaut. in Merc. Incogitantia, excors immodestia.

Incōglitatus, a, um : Incogitans. { ἀλόγος, ἀλογός. GALL. Incorridré. ITAL. Inconsiderato. GERM. Unbesinnt/unbedacht. HISP. El que no mucho piensa, osado. ANGL. Rash, unadvised. } Plaut. Bacch. Petulans, protervo, iracundo animo, indomito, incogitato, sine modo & modestia sum. Hie activè accipitur, apud Sen. verò epist. 52. passivè ponitur, Alacritas incogitata, & injussa.

Incōglitabilis, e : Incogitans, ἀλόγος. Plaut. in Milite, Nunc demum scio me fuisse exordem, cœcum, incogitabilem. ¶ Dicitur etiam passivè de re, quæ non cogitatur, sive quæ cogitatione comprehendendi non possit, ἀνίλυτος.

Incōgnitus, a, um : Non cognitus. { ἄγνωστος. GALL. Inconnu. ITAL. Incognito, non cognosciuto. GERM. Unbekant. HISP. No conocido. ANGL. Unknwoen. } Salust. in Jugurth. Ne quid de absente incognita causa statuatis. Cic. pro Cecinna, Dum incognita re judicare voluisset, &c. Virg. 1. Æneid.

— sed res animos incognita turbat.

Ovid. 2. Metam.

— promissis testis adesto,

Dls juranda palus, oculis incognita nosfris.

Incōhēbēscō, is, ere. Lucret. lib. 3.

Aère qui credas posse hanc cohicerier ullo:

Corpo qui nostro rarus magis incohibescit. Hoc est, non cohicit.

¶ **Incognitum** habere, non cognoscere, ἀγνοεῖ. Sueton. in Augusto : Ac die proximo obvium sibi Augustum, cùm incognitum aliás haberet, non sine admiratione contuitus. ¶

Incōibilis, e : quod coire & conjungi non potest. { οὐ μποτούφεται, οὐ μποτούφεται. Non coalescens. GALL. Qui ne se peut joindre avec un autre. ITAL. Che non si può congiungere con altri. GERM. Das man nit zusamen fügen kan/ das sich nicht zusamen schickt. HISP. Cosa que no se puede ayuntar. ANGL. That can not be joined with another. } Gellius lib. 5. cap. 3. Videt enim cum eo genere onus tam impedito, ac tam incobibili, facile atque expedite incidentem. ¶ Incōquinatus, ἀπιαστος, non coinquinatus. ¶

Incōlo, is : Inhabito, in aliquo loco dego. { צַדְיָהָא יַשְׁחַטְבָּה. εσκειν, εσκειν. GALL. Habiter. ITAL. Habitare. GERM. Einwohnen. HISP. Morar en lugar, habitar. ANGL. To inhabit, to dwell in a place. } Cic. Tus. Ubi sunt ergo ii quos miseros dicas, aut quem locum incolunt. Idem 2. de divin. Loca quæ à quibuscumque incoluntur.

Incōlā, ab incolendo deducitur ; sicut ab accolendo, Accola. { צַדְיָהָא יַשְׁחַטְבָּה. εσκειν, εσκειν. GALL. Habitant, citoyen, qui établit son domicile en quelque lieu. ITAL. Habitatore. GERM. Ein einwohner. HISP. El morador en lugar. ANGL. An inhabitator which is come to dwell with us from some other place. } Est autem incola qui in aliena uibe, vel Republ. habitat, quasi civis, aut municeps. Plin. Quod eorum montium incolæ facere consueverunt. Cic. lib. 1. Offic. Petrigni & incolæ officium est, nihil præter negotium suum agere, nec esse in aliena Rep. curiosum. Ovid. lib. 4. Trist.

Hic ego sollicita jaceo novus incola sedis.

Plant. Aul. sc. 2. a. 3. Optati cives populares, incolæ, accolæ, advenæ. Tibull. lib. 4.

— Ætnæ Neptunius incola rupis.

Catull. de com. Eeren.

Grata Canopeis incola litoribus.

Pomponius Incolam esse ait, qui in aliena regione domicilium conduxit, quem Græci μόργιον appellant. Nec tantum qui in oppido morantur, incolæ sunt, sed etiam qui in alicuius oppidi finibus ita agrum habent, ut intra eum se, quasi in aliquam sedem recipiant. Incolam autem non domus, aut possessio facit, sed domicilium. ¶ Inquilinus autem, qui in alienas ædes, alienaque prædia ex conducto habitat, sive in urbe, sive ruri. Cic. in Philipp. 2. At verò te inquillo, non domino, personabant omnia vocibus ebriorum, narrabant pavimenta vino. Unde inquilinus, probri, vel odii causa quis appellatur, quasi domum propriam non habeat. Salust. in Cic. M. Tullius inquilinus civis urbis Romæ. Qui autem inquilinus cœnacula locant, à Jurisconsultis dicuntur facere cœnaculatiam. Vide Isidor. lib. 9. origin. cap. 4. ¶ Ponitur tamen quandoque inquilinus, pro cohabitatore. Martialis,

Vicus Nonius, vel inquilinus

Sit si quis Nonium videre non vult.

Incola arbor, incola piscis. Plin. lib. 3. cap. 3. Sed quæ ex his incolarum numero esse coepere, dicentur inter fructiferas, i. quæ coluntur & seruntur apud nos. Idem lib. 9. cap. 17. Admovitque sibi gula sapores piscibus satis, & novum incolam mari dedit, ne quis petegnas aves Romæ parere miretur.

Incolatus,

Incolitus, us. { כְּשַׂלְבָּס moschâb, cœixyrie. GALL. Habitation. ITAL. Habitatione di forestieri. GERM. Ein einwohnung eines fremden orths. HISP. Aquella morada en lugar de estrangeros. ANGL. Dwelling in a place. } Ipsa habitatio in aliena patria, seu tempus quo quis in loco habitat, ita ut inde discessurus sit. Modest. l. 34. D. ad municip. Incola jam muneribus publicis destinatus, vel perfecto munere, incolatur renuntiare non potest. Ex Hotom.

Incoloratè, adverb. Sine colore, & prætextu. Ulpian. in l. minor 18. in princ. D. de Minorib. lib. 4. tit. 4. Severus & Antoninus non audierunt incoloratè restituì desiderantem.

Incolitus, a, um: A cultus participio compositum: idem est quod non cultus: proprièque dicitur de agris, quorum cultura deseritur. { ἀπόεγντο. GALL. Qui n'est point labouré, cultivé, ou agenté, qui est negligé, ou abandonné. ITAL. Rozzo, incolto. GERM. Ungebaren/ nicht in ehren gehalten. HISP. Cosa no labrada, ni polida. ANGL. Untilled, unhusbanded, rubish, clubbish. } Liv. 2. ab Vrbo, Caritas primùm annone ex incolitis per secessionem plebis agtis. Cicet. 1. de natura deor. Terra regio inhabitabilis & inulta, ¶ per translationem accipitur pro inornato, neglecto, horrido, ineleganti, & illaborato. § ἄγρας. GALL. Grossier, lourd, negligé, mal propre. } Cicet. de clar. Orat. Vir ut vita, sic oratione durus, inultus, horridus. Et paulò post, Cotta alia quidem inulta via & horrida ad eandem laudem pervenerat. Item Plaut. Asin. sc. 2. a. 5. Fundum alienum arat, inculatum familiarem desérit (id est, uxorem suam.)

Incultè, adverb. Asperè, horridè, inornatè. { οὐχιας. GALL. Sans ornement ou elegance, grossièrement, lourdement. ITAL. Rozzamente, inornatamente. GERM. Unzierlich/unartlich. HISP. No labradamente, ni polidamente. ANGL. Rudely, clubbishly. } Cicet. de clar. Orat. Et diece non inultè solebat, & erat cum litteris Latinis, tum etiam Græcis, ut illis temporibus satis eruditus. Idem pro Quintio, Vixit enim semper inultè atque horridè: natura tristi atque recondita fuit. Idem in Oratore, Inultè & horridè dicere.

Incultus, us, ui, substantivum: contrarium cultui. Liv. lib. 2. dec. 5. Suos honores partim descotos per inultum ac negligentiam, partim hostiliter sublatos esse. Senec. autem epist. 5. videtur posuisse pro cultu, ubi ait: Asperum inultum, & negligenter batbam, & intonsum caput, & indictum argento odiun, & cubile humi positum, & quicquid aliud ambitionem perversa via sequitur, devita. Ibi tamen legitur, afferum cultum.

Incolumis, e: Firmus, sanus, salvus. Dicitur veluti qui in columine, seu columna stat, & tutus est: vel ut columini insitens. { αὐτος, εἰσι, οὐδέν. GALL. Sain & sauve. ITAL. Sano & salvo. GERM. Gesund und frisch. HISP. Entero, sano, y rezio. ANGL. whole safe and sound. } Terent. in Andr. Posthac incolumem, sat scio, fore me, nunc si devito hoc malum, Cic. 4. de finib. Ut se & salvum in suo genere, incolumente vellent. Idem pro Rose. Amer. Quibus incolubus, & domi dignitas, & foris authoritas retineretur. Aedes incolumes, pro integris, & non ruinosis, apud Ulpianum l. qui bona fide, §. quum inter, D. de damn. infect. Horat. 1. Serm. Satyr. 4.

— vitam famamque tueri

Incolumem possim, &c. Cesar lib. 3. de bell. civ. Incolumem aquilam refert. ¶ Incolumis (id est, nondum exul.) Ovid. Eleg. 4. lib. 4. Trist. ¶ Incolumiores. Gell. cap. 1. lib. 17. Deteriores sunt incolumiores.

Incolumitas, atis, est, ut Cic. de Invent. 2. inquit, salutis tutu atque integra conservatio. { υγιεια, ιαθησα. GALL. Santé entière, & parfaite. ITAL. Sanità, salute. GERM. Gesundheit/wolstand. HISP. Sanidad y entereza. ANGL. Perfite health and saftie. } Idem Trebatio, fam. 6. Si qui mihi erit aditus de tuis fortunis, id est, de tua incolumente, in qua sunt omnia agenda, &c. agam per me ipse, & moliar. Idem 5. de fin. In quibus numerant incolumentem, coheret rationemque omnium partium. Suet. in Aug. cap. 51. Venia & incolumente donatos principem etiam in civitate locum tenere possunt est.

Incōmēs, itis: Festo authore, dicitur sine comite, antiquum est. || Nunc dicimus incomitatus. ||

Incōmitatus, a, um: Non comitatus, comitibus destitutus. { οὐκ εἴ τι πατέται, οὐκ εἴ τι ἀγάλαστο, οὐκ εἴ τι ἀπομεινάτο. GALL. Qui n'est point accompagné. ITAL. Scocompagnato, non accompagnato. GERM. Unbeleitet. HISP. Non acompañado. ANGL. Being without compagnie, alone. } Cic. de Orat. Cujus artem quam indotatam esse atque incomitatum videres, verborum eam dote locupletasti, & ornasti. Ovid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Ne turò fugiens incomitatus est. sup. calculus. Et 4. Faſt.

Quid facis in solis incomitata locis.

Incōmīs, incomptus, inultus, agrestis ac ferus. Macrob. Saturn. lib. 1. cap. 7. Ab incomi & tenebrosa vita, quasi ad lucem & bonarum artium scientiam editi sumus.

Incōmīlo, as, are: Est, inquit Festus, tale commissum facio, propter quod necesse sit, in comitium, hoc est, in conventum venire. Plaut. in Cure. sc. 1. a. 3. Adolescens quæso ne me incomities. LYCO, Licetne inforare, si incomitiare non licet?

Incōmēndatus, adjectivum: Non commendatus. { οὐχ ἡ ἀρύστος, οὐκ οὐνιστός, οὐχ ἡ ἀφίλακτος. GALL. Qui n'est point recommandé. ITAL. Non ricommendato. GERM. Unbefohlen. HISP. No encomendado. ANGL. Not recommended. } Ovid. 11. Metam.

Nil illis vetitum est, incomendantaque tellus. (non commenda, non cara.)

Incommiscibile, quod non commiscetur. Tertull.

Incommibilitas, dicta Græcē αὐτογάνωσις. Apul. de Philosoph. mor. Quum quis scilicet non commovetur re aduersa. ||

Incōmōdū, i: Damnus, detrimentum. { πινέζεκ, βλάψη, βλάσφημη. GALL. Dommage, nuisance, ennuy, déplaisir, faſcherie. ITAL. Danno, incommodità. GERM. Ein schad/nachtheil. HISP. Daño, ño provecho. ANGL. Domage, hurt, loss. } Plaut. Amph. Ita cuique comparatum est in ætate hominum, ita diis placitum, voluptati ut incöror comes consequatur, quin incomodi plus malique illicet adiut, boni si quid obtigit. Idem Moſt. sc. 1. a. 2. Neque quidquam no-

bis patient ex se incommodi. Idem Capt. sc. 2. a. 1. Cum ejus incommodum ægrè ferat (i. captivitatem.) Cic. 1. de fin. Itaque non ob ea solum incommoda, quæ eveniunt improbis, fugiendam improbitatem putamus. Incommoda ferre, pro incommodate. Cicer. ad Quint. Fratr. Dicebat scriptum in ea Epistola, quam tuam esse dicebat, te aut quasi amicis tuis gratias acturum, aut quasi inimicis incommoda laturum.

Incommōdūs, a, um: quod damnum adfert, vel molestum est. { βλάψης, αὐτομήδεια, αὐτομήδημος. GALL. Incommode, mal propre, emmuyeux, fascheux, damageable, nuisant. ITAL. Incommodo, molesto, damno. GERM. Nachteilig/schädlig/überlägen. HISP. No provecho, dañoso. ANGL. That causeth damage or losse. } Ter. in Hecyr. Ain' tu tibi hoc incommodum evenisse iter? Et paulò post: Non hercle verbis dici potest tantum, quām re ipsa navigare incommodum est. Cic. 5. Verr. Non potest reprehendi illa estimatio, quæ aratori non modo incommoda non est, sed etiam grata est. Incommoda uxori, & importuna. Plaut. Asin. sc. 1. a. 1. Item, Incommodus homo. Liv. lib. 6. dec. 4.

Incommōdūsticus, a, um: Plaut. Capt. sc. 1. a. 1. Parasiti venatici sumus. Et paulò post, Odiosicique, & multūm incommodistici (i. odiosi, & multūm incommodi, molestia ac detrimenti dantes.)

Incommōdūtās, atis: Damnum, molestia. { πινέζεκ, αὐτομήδεια. GALL. Incommodité, fascherie, ennuy, nuisance. ITAL. Incommodità, danno. GERM. Ein schad oder nachtheil/überlegenheit/onkommlichekeit. HISP. Daño, no provecho. ANGL. Displeasure, incommoditie, damage. } Ter. in Andr. Nempe incommoditas denique huc omnis reddit, si eveniat (quod dii prohibeant) discessio. Liv. 10. ab Vrbo, Romæ cùm desiderio viri, tum incommoditate temporis tristis nuntius fuit, ut, &c. Plaut. Aulul. sc. 5. a. 3. Hæ sunt magnis dotibus incommodates. Gell. cap. 8. lib. 6. Alia quædam incommoditas consequuta est.

Incommōdē: Molestè, intempestivè, cum incommodo, seu d. trimento. { αὐτοποιηση, αὐτοποιηση, αὐτομήδεια. GALL. Incommodément, mal à propos, mal à poine. ITAL. Incommodamente, disconciamente. GERM. Uneschicklich/ onkommlich / schädlich. HISP. No provechosamente, dañosamente. ANGL. Unhandsomely, disprofitably. } Terent. in Hecyr. Sed continuò vultum caruni sensi immutari omnium, qui tam incommodè illi fors obtulerat adventum meum. Cicer. de Amicitia. Quamobrem cum illo quidem (ut supra dixi) actum optimè est, mecum autem incommodius. Incommodissimè navigate. Cic. ad Attic. lib. 5.

Incommōdō, as: Noceo, damnum infero, obsum & Commodo, prousum. { γῆρας herah. βλάψη, ζημια. GALL. Incommoder, faire ou porter dommages, nuire. ITAL. Incommodare, nuocere. GERM. Schaden thun/nachtheil bringen. HISP. Dañar, ño no aprovechar. ANGL. To damage, to hinder, to disprofite. } Cicet. pro Quintio, Ut quum ipsi nihil alteri scientes incommodatint, nihil ipsis jure incommodi capere possit. Terent. in Andria, Quem ego credo manibus pedib[us]que obnixè omnia facturum, magis id adeò, mihi ut incommodet, quām ut obsequatur gnato. ¶ Passum Incommodor. Gell. cap. 17. lib. 7. Is dicitur obnoxius, cui quid ab eo, cui esse obnoxiae dicitur, incommodari & noceri potest ei, qui habeat aliquem noxæ, id est, culpx suæ consciom.

Incommōdātio, nis: Incommoditas. { πινέζεκ, τὸ βλάψη, ζημια. GALL. Dommage, nuisance, ennuy, déplaisir, faſcherie. ITAL. Incommodità, danno. GERM. Schad/nachtheil/ongemach. HISP. Daño, no provecho. ANGL. Damage, disprofiting. } Cicet. ad Attic. lib. 1. Atque in ista incommodatione alienati illius animi & offensi, illud inest tamen commodi.

Incommūnē: In Rempublicam equaliter omnibus. { εἰς κοινόν, κοινή. GALL. Communement, également. ITAL. Comunemente. GERM. Indi gemeins hinçin. HISP. Igualmente, comunmente. ANGL. In common or equal to all. } Terent. in And. Id te oro, incomune ut consulas. Pro eodem etiam dicimus, In medium consulere.

Incommunicabilis. Sap. 14. 21. αὐτογάνων.

Incompūctum: Disjunctum, male compositum. { αὐτομήδημος. GALL. Disjoint. ITAL. Digiunto, mal composto. GERM. Unzusammen gebunden / oder gepackt. HISP. Deshecho. ANGL. Not schell sett together. }

Incompārābilis, e: Cui nihil potest comparari, seu adæquari. { αὐτοποιηση, αὐτοποιηση. GALL. Incomparable, qui n'a point son pareil. ITAL. Incomparabile. GERM. Nit zu vergleichen/desgleichen man nie findet. HISP. Cosa que no se puede comparar. ANGL. Incomparable, without an headepearle. } Plin. lib. 7. cap. 25. Illa fuit vera & incomparabilis invicti animi sublimitas, id est, cui comparari alia non potest. Quint. lib. 1. cap. 1. Sed præstet alicui, vel gratia, vel amicitia, vel pecunia, ut doctissimum atque comparabilem magistrum domi habeat.

Incomperendīo, as, dilato. Gloss. A. L. ||

Incompētus, a, um: Incognitus, ignotus, & de quo nullam certitudinem habemus. { αὐτομήδημος. GALL. Dequoy on ne sait rien au vray, inconnu. ITAL. Incognito, non trovato. GERM. Unverfahren/unverstanden. HISP. Desconocido, no hallado. ANGL. Unknaroen, uncerayne. } Plin. lib. 34. cap. 13. Origo atque natura ejus incompta est mihi. Liv. 8. bell. Pun. Id utrum purum ex intervallo sit conspectum, an dolus aliquis suspectus fuerit, incompetum est. Plin. lib. 12. cap. 8. Qualis sit ea, incompetum habeo.

Incompos, impotens. Pap. ||

Incompōsitū, a, um: Incomptus, inornatus, inelegans & Compositus. { αὐτομήδημος, αὐτομήδημος, αὐτομήδημος. GALL. Qui est sans ordre, mal agencé, mis en desarray. ITAL. Non ornato, non polito. GERM. Ungeziert/ungeordnet. HISP. No bien compuesto. ANGL. Disordered, without fashion or array. } ut, Incomposita oratio. Liv. 4. ab Vrbo, Tempanii oratio incomposita fuisse dicitur, cæterum militatice gravis, moribus incompositis. Quintilian. lib. 4. cap. 5. Motus incompositos dare. Virg. 1. Georg.

Incompōsitē, adverb. Inelegant, inordinate, confused. { αὐτομήδημος, αὐτομήδημος. GALL. Sans ordre. ITAL. Senza ordine. GERM. Unzierlich/ unordentlich. }

vordenlich. HISP. Sin orden. ANGL. Disordelie, without array. } Liv. §. bell. Punic. Et in hostem negligenter & incompositè venientem incurunt.

INCÖMPREHENSVS: Non comprehensus. { ἀναλητός, ἀλητός. GALL. Incomprehensible, qui n'est point compris. ITAL. Non comprenso. GERM. Unbegripen. HISP. No comprendido. ANGL. Uncomprehensible that is not comprehended. } Laetant. lib. 3. Intellexit nullo humano studio posse ad sapientiam perveniri, & ideo non oportet comprehensa atque imperfecta sci perfectum nomen imponi.

INCÖMPREHENSIBILIS: c, quod comprehendendi non potest. { ἀγενήτος. GALL. Incomprehensible, qu'on ne peut comprendre ou tenir. ITAL. Incomprensibile, che non si può comprendere GERM. Unbegreiflich. HISP. Lo que no se puede comprender. ANGL. That may not be comprehended. } Natura incomprehensibilis, apud Celsus. Plin. epist. Est in disputando incomprehensibilis, ut lubricus, ita eludit. Incomprehensibilis arenæ parvitas. Colum. lib. 10. in Proæm.

INCÖMPTVS: Inornatus, incompositus. { ἄνγυς, ἀγαθός. GALL. Qui n'est point orné, mal agencé. ITAL. Non ornato, non accocciato. GERM. Ungeziert/ ungeschmückt. HISP. No ornado ni polido. ANGL. Not decked or trimmed clubish. } Cicer. ad Attic. lib. 2. Quanquam tua illa (legi enim libenter) hortidula mihi atque incompta visa sunt. Idem in Orat. Si haec subtilis oratio etiam incompta deleretur. Capilli incompti, Caput incomptum, apud Horatium.

INCÖNCESVS: a, um: Non concessus, illicitus, negatus, prohibitus. } GALL. Qui n'est point permis, illicite. ITAL. Prohibito, non concessso. GERM. Nit zu gelassen/unbewilligt. HISP. Illicito, no concedido. ANGL. That is not permitted, not granted. } Quint. lib. 10. cap. 2. Quum totum exprimere, quum elegaris, penè sic homini inconcessum. Virg. 1. Aeneid.

Pergama quum peteret, inconcessoque hymenaos.

Ovid. 3. Amor. Eleg. 4.

Indignè licet, juvat inconcessa voluptas.

¶ Inconcessum semen, nuptia illicite. Gloss. Isid. ||

INCÖNCILIO: as, are: Turbo, dispergo. { רֹחֵב hachár, בָּעֵב böheth. mag. Gal. Mettre en discorde, troubler. ITAL. Disturbare. GERM. Unreins machen/ zerstreuen. HISP. Desbaratar. ANGL. To put out of order, to cause discord. } Plaut. in Bacchid. Ipse quod in se fuit, accuratum habuit quod possit mali facere in me, inconciliare copias omnes meas. } Accipitur etiam inconciliare, pro irritare & inimicum facere. Plaut. in Trin. Inconciliastin' eum qui mandatus est tibi: illum, qui mandavit eum, exturbasti ex adibus,

INCÖNCILLATÈ: adv. Perpetram, inconsultè. { ἀεριωτός. GALL. En mettant haine & discord. ITAL. Senza concordia. GERM. Unrechtsame lich/auff grovträchtige weiss. HISP. Sin concordia. ANGL. By causing discorde. } Plaut. in Most. Ne inconciliatè quid nos porrò postulet.

INCÖNCINNVS: a, um: Inclegans, inornatus, absurdus, incompositus. εὐπλάκης, ἀναρχός, ἀμετόπη, ἀνέργη. GALL. Mal agencé & façonné, qui n'a point de grace. ITAL. Mal composto, disconcio. GERM. Unzertlich/ungereimt/nit woh zusammen gericht. HISP. Desataviado. ANGL. Unpleasant, without grace. } Gell. lib. 16. cap. 5. Ea ferme omnia inconcinna atque absurdâ visa sunt. Cic. 2. de Orat. Nam qui aut tempus quid postulet non videt, aut plura loquitur, aut se ostentat, aut eorum quibuscum est, vel dignitatis, vel commodi rationem non habet, aut denique in aliquo genere aut inconcinus, aut multus est, is ineptus dicitur. Horat. 1. epist. 19.

Asperitas agrestis, & inconcinna, gravisque.

Inconcinnitâ, atis. Suet. in August. cap. 60. vitatis sententiarum ineptiis, atque inconcionitate, & reconditorum verborum fectoribus.

INCÖNCINNITÈ: adverb. inornatè, incomptè, impolitè. { ἀναρχός, ἀμετόπη. GALL. Mal proprement. ITAL. Senza gratia, disconciamente. GERM. Unzertlich/ unordentlich. HISP. Desataviadamente. ANGL. Rudelie, without grace. } Gell. lib. 10. cap. 17. Verritque in eam rem quam tum agebat, non inconcinniter.

INCÖNCÜSUS: qui non concutitur. { ἀδρεστός, ἀναρχόντος, ἀτύποτος. GALL. Non ébranlé. ITAL. Che non si move. GERM. Unerstört, unberwegt. HISP. No sacudido, ni movido. ANGL. That is not jogged or shaken. } Laet. lib. de Ira Dei. Pronus est lapsus, & facilis ad ruinam, nisi pedes inconcussa stabilitate figantur. Stat. 5. Syl.

Florebant hilares, inconcussaque penates.

Tac. Sed fratres egregiè concordes, & proximotum certaminibus inconcussi.

INCÖNDITVS: a, um: Ex in, & conditus, quod à condo sit, idem est quod inordinatus, incompositus. { ἀναρχόντης, ἀμετόπη, ἀνομήτος, ἀντορός, ἀνέργη. GALL. Mal composé & basti, sans mesure, sans ordre. ITAL. Disordinato, mal composto. GERM. Uneschicklich/ungeordnet. HISP. No bien compuesto. ANGL. That is out of order or fashion. } Liv. lib. 4. decad. 1. Lögè maximum triumphi spectaculum fuit. Cossus spolia opima Regis interfecti gerens, in eum milites carmina incondita, æquantes cum Romulo, canere. Idem Liv. lib. 6. dec. 4. Incondita turba. Eius simplex protulit Plaut. in Amphit. Magis jam faxo dices postquam in cunis conditus est. Salust. in Ingurth. At illi quibus vires aderant, ruere cuncti ad portas, incondita tenere. Virg. 2. Eclog.

— ubi hac incondita solus

Montibus & sylvis studio jactabat inani.

Corpora incondita, id est, insepulta, apud Lucan. lib. 6.

INCÖNDITÈ: adverbium: Incompositè, inordinatè. { ἀναρχός. GALL. Sans ordre, sans mesure, mal proprement. ITAL. Disordinatamente. GERM. Uneschicklich / ungeschaffenlich. HISP. No compuestamente. ANGL. Out of order or fashion. } Cicr. 3. Offic. Dicam, ut potero, inconditè fortasse, sed tamen ut res possit intelligi.

Incönditus, à verbo condio. Non conditus, insipidus, ἀράγος.

INCÖNFESSVS: Non confessus. { οὐ μὲν ἀποδοκίως, οὐ καὶ ἀποδοκεῖται. GALL. Qui n'a point confessé la vérité. ITAL. Che non ha confessato la verità. GERM. Der mit bekendt hatt. HISP. El que no ha confessado la verdad. ANGL. That hath no confesseth. } Ovid. 2. Metam.

Seruandum dederat, sed enim inconfessa quid esset.

Inconfusibilis, qui non confunditur. ||

incōfusus, adjetivum. Senec. de Ira, lib. 1. Officia sua vir bonus exquirut inconfusus, intrepidus, & sic viro bono digna faciet.

INCÖNGLÄBILC: quod non potest congelari. { ἀκρυόστοιχος, ἀνταντός. GALL. Qui ne se peut glacer. ITAL. Che non si può congelare. GERM. Ungefroren. HISP. Cos que no se puede congelar. ANGL. That cannot congeall or freeze. } Gell. cap. 8. lib. 17. Cur fluviorum & fontium aquæ gelu durentur, mare omne incongelabile sit.

INCÖNGRÖNS, tis: Inconveniens, ineptus. { ἀνάργυρος, ἀνταντός. GALL. Qui ne convient & n'accorde point, disconvenant. ITAL. Disconvenevole. GERM. Unreimend/das sich nicht führt noch reimt. HISP. No conveniente. ANGL. That agreeeth not. } Plin. in Epist. Nam quibus sententia Cæpionis placuit, sententiam Macri ut rigidam, durâaque reprehendunt: quibus Macri, illam alteram dissolutam, atque etiam incongruentem vocant. Gellius lib. 2. cap. 5. Esterum plerumque & sibi & nobis incongruens.

|| Incongruus, non congruus. Apul. ||

incōnnivens, omn. gen. Quod palpebras non motat, à verbo conniveo, quod significat oculorum tegumenta commoveo. { ἀκαρδάπυντος. GALL. Qui ne cline point les yeux. ITAL. Che non move le palpebre de l'occhi. GERM. Unblitzend. HISP. Que no mueve las pestanas del ojo. ANGL. That winkleth not with the eyes. } Gell. lib. 2. cap. 1. Stare solitus Socrates dicitur pertinaci statu perdius, atque pemo, à summo lucis ortu, ad Solem alterum orientem inconnivens.

INCÖNSCLÜS, a, um: Conscius. { συνειδώς. GALL. Qui n'en sait rien. ITAL. Chi non sa gli altri fatti. GERM. Unberuist. HISP. Consciente. GALL. Chi non sa gli altri fatti. GERM. Unberuist. HISP. Consciente. ANGL. That knoweth no thing. } Liv. 1. bell. Pun. Alcon inconsciis Saguntinis, precibus aliquid moturum ratus, quum ad Annibalem noctu transisset.

INCONSEQUENS: Gell. cap. 1. lib. 14. Inconsequens hoc est.

incōnsequentiâ, x: Vitium est orationis, quum aut res, aut verba pretermittuntur, quæ ad superiora subsequi pat erat. ἀναγκάζεται. Quint. lib. 8. cap. 6. Quæ est inconsequentialia rerum fœdissima.

INCÖNSIDRANTIA: Inconsideratus, vide Inconsiderans.

INCÖNSÖLÄBILS: qui consolationem non admittit, cuius dolori consolatio nulla mederi potest. { ἀπαρηγέντος, ἀποσχλέπτος. GALL. Qui ne peut consoler ni reconforter. ITAL. Che non riceve consolatione. GERM. Nicht zu trösten/der sich nicht trösten lässt. HISP. Que no recibe consolacion. ANGL. That can not be conforted. } Ovid. 5. Metam.

— contemptaque fontis
Iura sui mœrens, inconsolabile vulnus
Mente gerit tacita.

INCÖNSTANS, tis, com. gcd. Levis, mobilis, volubilis. { ἡρός kal, μῆδος pochéz. ἀβίστος, ἀνετός. GALL. Inconstant, variable, leger, muable. ITAL. Instabile, leggiere, inconstante. GERM. Unbeständig/ unständig. HISP. No constante ni firme. ANGL. Inconstant, unstable. } Cicer. Plancit, lib. 10. famil. Quum is frigidas sanè & inconstantes recitasset litteras Lepidi. Plin. lib. 19. cap. de Medicina, Mirumque & indignum protinus subit, nullam artium inconstantiorem fuisse, & etiamum sœpius mutari.

INCÖNSTANTER: Leviter, nullaque constantia. { ἀβίστος, ἀστοῖς. GALL. Inconstamment, legerement. ITAL. Inconstamente. GERM. Unbeständiglich. HISP. No constantemente. ANGL. Inconstantlie. } Cic. 4. Tusc. Si aut inconstanter, aut incredibiliter dicta sunt. Et alibi, Inconstanter loqui, est Inconstanter & turbidè jactari.

INCÖNSTANTIA, x: Levitas & Constanția. { μῆδος páchaz. ἀστοίς. GALL. Inconstance, variété, legereté. ITAL. Leggierenza, inconstanza, instabilità. GERM. Unstidte/unstandhaftigkeit. HISP. Aquella no constancia, variedad. ANGL. Inconstance, lightnesse. } Cic. ad Atticum lib. 10. Nemo doctus unquam mutationem consilii inconstantiæ dixit esse. Tib. lib. 4.

Nam seu diversi fremat inconstantia vulgi.

INCÖNSUETUS, a, um: Non assuetus. { ἀνέστος. GALL. Inusité. non accostumé. ITAL. Non consueto, inusitato. GERM. Ungerohnt. HISP. No acostumbrado. ANGL. Unaccustomed, not wonted. } Silius lib. 11. Stupet inconsuetus opimæ Sidonius mensæ miles.

INCÖNSÜLTVS, nom: Imprudens, temerarius, nullius consilii, qui nullo sanco cōsilio, quæ aggreditur, expedit. { ἀβύστος, δύστοπας. GALL. Qui ne prend point de conseil, dépourvu de conseil, mal conseillé, imprudent. ITAL. Senza consilio, imprudente. GERM. Unweiss/unbestindig/unbedacht. HISP. El que es sin consejo. ANGL. Rashlie, foolish, unadvised. } Cic. pro Déjotaro, Homo inconsultus, & temerarius hæc non videbat. Senec. cap. 12. de tranquill. Inconsultus illis vanisque cursus est. ¶ Quandoque vero inconsultus participium est, & accipitur pro eo à quo consilium non est petitum. ἀσυμβολήτος. Varr. lib. 1. de re rustic. Etenim inscio atque inconsulto domino, servi sœpe ex agro discedunt. ¶ Interdum accipitur pro eo qui incertus est, cuicunque deest consilium. Virg. 3. Aeneid.

Inconsulti abeunt, sed emque odere Sibylla.

INCÖNSÜLTU, meo: dixerunt veteres, pro eo quod est, me inconsulto. οὐκ εἰσὶν αὐτοὶ συμβολήτοι. Plautus in Trinum. sc. 2. Quia rure dum sum ego unos sex dies, me absente atque insidente inconsultu meo Aedes venales hasce inscribit litteris.

INCÖNSÜLTÈ: Scutè, temerè, abs re, nulloque consilio. { εἶχε ἀβύστος. GALL. Par migarde, à la volée, sans y penser & en deliberer. ITAL. Pazzalemente, senza consiglio. GERM. Unrathsamlich/unweisslich/unbedachtlich. HISP. Sin consejo. ANGL. Rashlie, unadvised lie. } Salust. Inconsultè, ac temerè aliquid dicere, apud Ciceronem lib. 1. de nat. deor. Pro codem legitur & inconsulto. Rhetor. ad Heren. lib. 1.

|| Inconsummatus, ἀτέλετος. Ammian. lib. 31. Ut erat inconsommatus & rufis, inter initia contemnebat. ||

INCÖNSÜMPTVS, a, um: Non consumptus, non exhaustus, { ἀδαντός. GALL. Qui n'est point consumé ni usé. ITAL. Non consumato. GERM. Unverzehrt/unverbrochen. HISP. No gastado/ acabado. ANGL. Not wasted or consumed. } Ovid. 7. Metam.

Inque manu thuris pars inconsumpta reperta est.

Idem in Ibis :

Hic inconsueto viscere pascit aves.

Zoconsüllis

INCÔNSULIS, e: Non consultilis. { *à jadis*. GALL. Qui n'est point consu-
su. ITAL. Senza cœitura. GERM. Ungeneht/das keine nat hatt. HISP.
No confido. ANGL. Not so red, without a seame. } ut, Vestis inconsu-
tilis, quæ nullam habet suturam. Pro eodem dicitur & Incon-
sutus.

INCÔNSIDÉRANS, tis, adj: Etivum: Inconsultus, & inconsideratus.
GALL. Qui ne considere & n'avise point à ce qu'il dit ou fait, inconsideré. ITAL. Inconsiderato. GERM. Unbedacht/unbesinnt/
der nit sinnt wo ein ding hinaus langt. HISP. Cosa que no lo mira
bien. ANGL. Rash, unadvised, that considereth nothing. } Cic. de Di-
vin. Nos autem ita leves atque inconsiderantes sumus, ut si mites
corroserint aliquid, quorū est opus hoc unum, monstrum putemus.
INCÔNSIDÉRATUS, a,um: Inconsultus, imprudens, temerarius. { *à jadis*,
à jadis. GALL. Inconsideré, mal advised. ITAL. Che non considera,
trascurato. GERM. Unbesinnt. HISP. El que no mira bien, que es sin
consejo. ANGL. Rash, unadvised. } Cic. pro Quintio, O rem incre-
dibilem, o cupiditatem inconsideratam! Inconsiderata fama popu-
li. Cic. 3. Tusc.

INCÔNSIDÉRATÉ, adverb. Inconsulté, temeré. { *à jadis*, *à jadis*.
GALL. Inconsiderément, sans y penser. ITAL. Senza consideratione,
inconsideratamente. GERM. Unbedächlich/unbesinnlich/ ohne vorber-
trachtung. HISP. No bien mirado. ANGL. Rashlie, unadvisedly. } ut
apud Cic. in Offic. Temeré, fortuitò, inconsideratè, negligenter fa-
cere aliquid. Gell. lib. 17. cap. 1. Ut scribere ausi sint, M. Ciceronem
parum integrè, atque impropriè, atque inconsideratè loquuntur.

INCÔNSIDÉRANTIA, æ: Temeritas, imprudentia. { *à jadis*. GALL. Faute
d'avis, inconsideration. ITAL. Inconsiderazione, trascuraggine.
GERM. Unbesinnte/vonfürsichtigkeit. HISP. Razón sin consejo, sin consi-
deracion. ANGL. Lacke of consideration, rassiness. } Cic. ad Qu. fr.
Cujus in hoc uno inconsiderantiam & ego sustinebo, ut potero, &
tu ut possis, est tuotum nervorum. Sueton. in Claud. cap. 39. Inter
extera in eo mirati sunt homines & oblivionem & inconsideran-
tiā, vel ut Græcè dicam, μετανοία καὶ ἀστερία.

INCÔNTAMINATUS: Impollutus, purus, syncerus. { *רָחַם תָּהֹרְךָ*,
קִוֵּתְךָ. GALL. Non contaminé, sans macule ou ta-
che, entier. ITAL. Puro, sincero, non contaminato. GERM. Unbefleckt/
unvermässget. HISP. Cosa no ensuciada, limpia. ANGL. Unpolluted,
undefiled. } Vart. 3. de re rust. cap. 9. Aspectu ac facie incontamina-
ta. Liv. 4. ab urb. Ne quid sinceri, ne quid incontaminati sit.
Incontaminatus, adjec: à verbo tendo, is. Adductus, contetus. { *ἀντιλέγω*.
GALL. Qui n'est point tendu, ou roide, qui est lasche. ITAL. Non ti-
rato. GERM. Ungespannt/oder nit gesrect. HISP. No tendido. ANGL.
Slacke, unbended. } Cic. 4. de finib. Ut in fidibus plurimis, si nulla ea-
cum ita contenta numeris sit, ut concentum servare possit, omnes
equè incontenta sint, &c.

INCÔNTIGUUS, qui tangi non potest. ||
INCÔNTINENS, tis, omnis generis: Intemperans, quise à libidine,
galave non continet. { *ἀνεργός*. GALL. Incontinent, intemperant, im-
moderé. ITAL. Incontinente, immoderato. GERM. Unenthaltig/von-
selisch/der sich keines dings mässigen noch enthalten kan. HISP. Incon-
tinent de passion, desemplado. ANGL. Immoderat, intemperat. }
Plaut. in Asin. At nunc dehinc, scito illumante omnes minimi
mortales precii: Madidum mihi, incontinentem, atque osorem uxo-
ris sive. || Interdum incontinentis accipitur pro eo qui quod sibi com-
missum est, fideliter non continet. Plin. lib. 8. cap. 43. de alinis lo-
quens, Sed incontinentis uterus utinam genitalem reddit, ni cogatur
in cursum veteribus à coitu.

INCÔNTINENTER, adverb. Intemperanter, sine continentia. { *ἀνεργός*, *ἀν-*
άποιτος. GALL. Intemperamment, avec incontinence, en débauché.
ITAL. Diftemperatamente, incontinentemente. GERM. Unglehrsam/
gleich/vonmässiglich. HISP. No continentemente, desempladamento.
ANGL. Intemperatie. } Cic. 3. Offic. Si omnes deos hominésque ce-
llare possumus, nihil tamen nobis amatè, nihil injustè, nihil libidino-
sè, nihil incontinenter esse faciendum. Cels. lib. 1. e. 3. Periclitatur
qui bis in die eibum incontinenter contra consuetudinem assumit.

INCÔNTINENTI, stat. n. Tertull. ||

INCÔNTINENTIA, æ: Intemperantia, immoderatus voluptatum usus.
{ *ἀνεργία*. GALL. Incontinence, intemperance. ITAL. Incontinenza.
GERM. Unenthaltung/vonmässigkeit/vonzucht. HISP. Aquella obra de no-
se contener, desemplanza. ANGL. Incontinence, lack of moderation
in lusts and affections. } Cic. pro M. Caelio, Multa de incontinentia
pro impotencia, sive imbecillitate retinendi. Hinc incontinentiam
urinae dicimus pro imbecillitate musculi retentivi, urinam ma-
lè retinentis. Plin. lib. 8. cap. 28. Vesicam in vino potam contra
urinae incontinentiam.

INCÔNVENIENTIS, omnis gen. Indecens, indecorus, incongruens. { *ἀν-*
τίκαιος. GALL. Qui ne convient point, indecent, incongru. ITAL. In-
conveniente, che non sta bene. GERM. Unbequem/vonfüglich/sich nicht
trimend. HISP. Cosa no conveniente, que no estabien. ANGL. Uncom-
fortable, which becommeth not. } Quint. lib. 1. cap. 9. Est enim solcissimus
in oratione, comprehensionis unius sequentium ac priorum inter se
conveniens positio. Cassius ad Cic. lib. 12. Haec novissima nostra fa-
cta non subita, nec inconvenientia, sed similia cogitationibus.

INCÔNVENIENTIA, etiam dicuntur quæ ob diversitatē inter se non con-
veniunt. { *ἀνογύα*. Senec. de vita beata, Desinunt igitur inconvenien-
tia inter se jungere, & voluptati virtutem implicare.

Inconvenientia, æ: Indecentia.

INCÔQUO, is, incoxi, incoctum: In re aliqua coquo, sive lixo. { *εἰνθῶ*.
GALL. Cuire dedans, ou avec. ITAL. Cuocere dentro qualche cosa.
GERM. Etwa inm Kochen. HISP. Cozer dentro alguna cosa. ANGL. To
seeth in or with. } Virg. 4. Georg.

Huius odorato radices incoque Baccho.
Incoquere aliquando significat coquendo applicare. Nam quum
metallum aliquod deplumbamus, vel deargentamus, vel deauramus,
incoquere dicimus. Plin. lib. 34. cap. 17. Improbiores ad terrarium
additis æquis partibus plumbi albi, argentarium vocant, & co-
quæ volunt incoquunt. Ibid. 3. Album plumbum incoquitur æcis

operibus, Galliarum invento, ita ut vix discerni queat ab argento,
caque incoctilia vocant. Deinde & argentiatum incoquere similis
modo cœperunt, equorum maximè ornamentijs, jumentorumque
jugis.

INCÔCTUS, a,um, participium à verbo incoquo: In aliquo coctus { *כְּבָשׂ*
Ψυπός GALL. Cuit dedans, ou avec. ITAL. Cotto con qualche cosa.
GERM. Etwa inm gekocht. HISP. Cozido con otra cosa. ANGL. Sodden
in or with. } Plin. lib. 18. cap. 11. Candorem autem ei pro creta la-
ctis incocti mistura confert. Crux incoctus herbis. Pet. satyr. 2.

— Incoctum generoso peccati honesto.

Vellera incocta Tyrios rubores. Virg. 3. Georg.

quamvis Milesia magno

Vellera mutentur, Tyrios incocta rubores.

Item, Incoctum, non coctum, de consilio dixit Plaut. Mil. sc. 2. a. 2.

Quicquid est incoctum, non expromit, bene coctum dabit.

INCÔCTILIS, e, quod incoctum est. Onom. Incoctile, est ψυπός. Plin.
lib. 34. cap. 17. de stanno: Album incoquitur æcis operibus, Gallia-
rum invento, ita ut vix discerni queat ab argento, caque incoctilia
vocant. Aliter legitur coctilia. ||

INCÔCTILIA, à veteribus dicta vasa æcia, quibus plumbum incoctum
erat, ne quid ex ære ingredi saporis cibis accideret. { *κηραστήρεψης*.

GALL. Vaissaux estamez. ITAL. Vasi stagnati. GERM. Ehrne geschirre
die mit bley übergossen oder verzinkt sind. HISP. Vasos ej. añados.
ANGL. Vessels that is leaded or tinned. } Vide Incoquo.

Incoram, coram Apuleio.

INCÔRDIO, as, are: In cor immitto. { *πνείγω*. GALL. Mettre dans le
cœur. ITAL. Mettere nel cuore. GERM. Ins hertz hinein trucken. HISP.
Meter o poner en el corazón. ANGL. To put into the heart. } Anti-
quum est verbum, quo Plautus usus est in Cistell. Si me absente Al-
cibiades veniet, nolito acriter cum clamare, & ut ut erga me
est meritus, tamen in cordies.

INCÔRPORALIS, e: Incorporeus, quod non habet corpus.
{ *άτωμα*. GALL. Incorporel, qui n'a point de corps. ITAL. Che
non ha corpo. GERM. Unglebt/das kein leib hatt. HISP. Lo que no
tiene cuerpo. ANGL. That hath not a body. } Quint. lib. 5. cap. 10. Jus
quod sit incorpore, apprehendi manu non posse. Senec. Epist. 91.
Deinde à corporibus sc ad incorporalia transtulit. Idem cap. 8. de
consol. ad Helv. Incorporalis ratio.

INCÔPORATUS, a,um: Incorporatus, incorporeus, corpore catens. { *άτωμα*.
GALL. Ce qui est sans corps. ITAL. Senza corpo. GERM. Leis
bloß/onleibig/oder on leib. HISP. Sin cuerpo. ANGL. without a body. }
Cicer. 2. de finib. Omnis ista incorporarum rerum æstimatione, splen-
dere virtutis & magnitudinis obscuretur & obtutatur, atque inte-
reat necesse est.

INCÔPORALITAS, *ἀτωματικός*. Macrob. lib. 1. comment. cap. 5. Occurrit
prima perfectio incorporalitatis in numeris.

INCÔPORO, arc. { *αντιογράφω*, *τάχυ*. GALL. Incorporer, faire
tenir en un corps. ITAL. Incorporare. GERM. Enleben. HISP. Encorpo-
rar una cosa en otra. ANGL. To incorporate one thing another. } Soli-
nus cap. 35. Regionem partim tenent barbari, quibus per artifices
plagatum figuræ, jam inde à pueris variæ animalium effigies incor-
porantur.

INCÔRECTUS, a,um: Non correctus. { *ἀντικαθίσταμαι*. GALL. Incorrectus.
ITAL. Incorrecto, scorretto. GERM. Ungebessert. HISP. Cosa no corregi-
da. ANGL. Uncorrected. } ut, Opus incorrectū. Ovid. 3. Trist. Eleg. 14.
Illud opus potuit, si non prius ipse perisse,
Certus à summa nomen habere manus.

Nunc incorrectum populi peruenit ad ora,

In populi quicquam si tamen ore meum est.

INCÔRRUPTUS, a, um: Purus, tynckerus. { *מִתְמַמָּן*, *מִתְמַמָּן*.
אֲפָגֶת. GALL. Sain & entier, qui n'est point corrompu. ITAL. In-
corrotto, intiero. GER. Unerwachrt/unzerstört/unzerbrochen/gantz. HISP.
No corrumpido, entero. ANGL. Uncorrupted, entier. } Plin. lib. 15. c. 9.
Nec minus spina celebratur, quoniā corrupta etiam in aquis durat.
Cicer. de claris Orat. Cæsar autem rationem adhibens, consuetudine
nem vicioram & corruptam para & corrupta consuetudine emen-
dat. Animus corruptus. Cic. 1. Tusc. ¶ Per translationem ruisus
pro Integro, quique muneribus à fide officioque abduci non potest:
ut, Incorruptus iudex, *ἀπορθόντος κατηνί*. Incorruptior cultos ca-
nis. Col. lib. 2. cap. 12. Horat. 1. Serm. satyr. 6.
Ipse mihi custos incorruptissimus omnes
Circum doctores aderat.

INCÔTTUPTE, adverb. Purè, sincerè, integrè. { *ἀποθέτως*, *ἀνιδέλας*, *ἀναρ-*
θετως. GALL. Sans corruption. ITAL. Senza corruzione. GERM. Una
verfälschlich/auftrichtiglich. HISP. Sin corruçion. ANGL. without cor-
ruption. } Cicet. pro Marcello, Servi igitur iis etiam judicibus quæ
multis post seculis de te judicabunt, & quidem haud leio an incor-
ruptius quam nos. || ¶ Incorruptè loqui: ut, purissimè loqui. Gell.
lib. 2. c. 20. Sed neminem eorum fermè, qui incorruptè loquuti sunt,
aut scripsisse memini, aut dixisse.

Incorrupula, incorruptio, subinde in Bibl. ||

INCÔXO, as: In coxam sedeo. Pacuvius, Adeo incoxanti mihi pes obstu-
perat. Pomp. in Panuceatis, apud Nonium, Neque interim cacandi
causa unquam incoxavi nates.

INCÔXAT: Non creatus. { *ἄκλιτος*. GALL. Qui n'a pas été créé. ITAL.
Increato. GERM. Unerwachsen. HISP. No criado. ANGL. Not created. }
Lact. lib. 1. Unus Deus qui solus principatur, isque amplissimus, in-
creatus.

INCÔBRESCO, is, ere: Divulgor, invalesto, innotesco. { *υδωρούσι*, *αναβλέπω*, *αναπλέπω*. GALL. Devenir ou estre
frequent, croître & s'augmenter de plus en plus. ITAL. Accresce-
re, divolgarsi. GERM. Zunemmen/ausjündig wund lautprächte werden.
HISP. Esparrarse, divulgarse. ANGL. To breed and much knowen. }
Liv. 7. ab Urbe, Gallici quoque belli fama increbescet. Idem 4.
bell. Pun. Qum increbescet rumor, bellum in Sicilia esse. Præ-
ritum ejus est increbri, ut analogia videtur exigere, non increbui,
ut quidam hodie scribunt. Cic. 14. Philipp. At si quis Hispanorum,
aut Gallorum, aut Thracum milie, aut duo millia occidisset, num
cum

cum hac consuetudine, quæ increbruit, Imperatorem appellaret Senatus? Increbruit Auster, hoc est, auctus est, & vehementius flat. Cœl. 3. bell. c. v. Et Senet. epist. 78. Ventus increbruscit. Cœl. ad Treb. Epist. 7. Increbruit setmo. Suet. in August. cap. 11. Increbruit rumor. ¶ Increbro, creber sun. Plaut.

Incredendus, a, um, id est, incredibilis. Apul.

INCREDIBLE, ἀνίστημι. Onom. ἀνίστημι quidem, est & incredulus, & incredibilis, atque infidus. Illic autem legendum videtur incredibile. ¶

Incredibilis, e: Non creditis, admittibilis. ¶ INCREDIBILIS. GALL. Increditable, incredible. ITAL. Incredibile, GERM. Unglaublich. HISP. Coisa de no ser creyda. ANGL. Incredible, wonderful. ¶ Terent. in Phor. Incredibile est, quantum herum anecco sapientia. Cicer. ad Sulp. Epist. lib. 13. Incredibile est enim quas mihi gratias omnes agant. Ibidem. Quia præter spem atque incredibile hoc mihi obtigit. ¶ Incredibilis, pro incredulo, apud Apuleium in Hermetis Asclepio. Incredibiles enim post delicta cogentur credere non verbis, sed exemplis: nec minis, sed ipsa passione pœnarum. Quo patet incredibile ex censu nominum esse, quæ utroqueversum dicuntur, & sunt ultra circu communicatae significationis. Gell. lib. 15. cap. 13.

Incredibilitas, incredulitas. ἀνίστημι. Ulp. D. lib. 48. tit. 5. l. 29. Qum excusare ignorantiam non potest, vel adumbrare patientiam praetextu incredibilitatis.

INCREDIBILITÉ, adv. ἀνίστημι, ἀνίστημι. GALL. Incroyablement, en sorte qu'on ne le scauroit croire. ITAL. Incredibilmente, sopra nostro credere. GERM. Unglaublich. HISP. No creyblemente. ANGL. wonderfully. ¶ Cicer. de senect. Venio nunc ad voluptates agricolatum, qui bus ego incredibiliter delector.

¶ Increditus, a, um. Apul. de deo Socratis, Incredita vaticinia Cassandrae. ¶

Incredulüs, a, um: Cui facile persuaderi non potest. ¶ ἀνίστημι. GALL. Incredule, qui ne croit pas de leger. ITAL. Incredulo. GERM. Und gläubig, der nit leichlich einem ding glauben gibt. HISP. Cosa que no se cree de ligero. ANGL. Hard off heleiff. ¶ Horat. in Arte,

Quodcumque ostendis miki sic, incredulus odi.

¶ Increduli, Quintiliano dicti sibi diffidentes. Item, Res incredulae (i. incredibiles.) Gell. cap. 5. lib. 9.

INCREDULITAS, atis, ἀνίστημι. GALL. Incredulité. ITAL. Incredulità. GERM. Glaublose/mishrew. HISP. Aquel no creer de ligero. ANGL. Hardness of beleiff. ¶ Martian. (juxta Haloandti editionem) in l. mariti lenocinium, ff. ad legem Iul. de adult. Tunc autem puniendum est maritus ejus, quum excusare ignorantiam suam non potest, vel adumbrare patientiam praetextu incredulitatis.

INCREMENTUM, i: Augmentum, à verbo incresto. ¶ תְּרִבְּתָה marbitb. אַמְּגֵן. GALL. Accroissement. ITAL. Aumento, accrescimento. GERM. Zunemmung. HISP. Acrecentamiento. ANGL. Increase. ¶ Cic. de fin. Negat enim summo bono afferre incrementum diem. Incremento ingenti res aucta. Velleius, Ognia incrementa sua sibi debuit. Cicero. Senec. cap. 5. de cons. ad Marc. Incrementa studiorum. Ibid. cap. 6. Ut in damna, ita ad incrementa (arborum) velox tempus. Ibid. cap. 14. Incrementis (Cœsar) impositurus modum Pompeius, cum in commune crescerent. Liv. 1. ab Vrbe. Quint. lib. 3. cap. 2. Huic studium & incrementum dederit utilitas. ¶ Incrementa, semina unde aliquid crescit. Ovid. 3. Metam.

— motaque jubet supponere terra

Vipereos dentes, populi incrementa futuri.

¶ Incremento, incrementum do. Dominus qui incrementat. Ita Augustinus pro illo 2. Cor. 3. ὁ αὐξάνει θέσης. ¶

Incrementor, pro cresco, lib. 5. Capit. Caroli & Ludovici.

INCREPO, ui, itum: Sonum & crepitum emitto, crepo, strepo. ¶ תְּרִבְּתָה. אַמְּגֵן, יְמִינְתָּה. GALL. Faire bruit, crier contre. ITAL. Fare strepito. GERM. Ein geröß oder gerummel machen / tauschen. HISP. Hacer estruendo. ANGL. To mak a sound or cry against. ¶ Virg. 9. Æneid.

At tuba terribilem sonitum procul are canoro

Increpuit.

Dicimus ergo, Tuba increpuit sonum: Tuba, sive sonus increpuit, & Ego increpui tuba. Plaut. in Amph. Si minusculo dígiò increpuerint foras, hac tegula tuum diminuam caput. Liv. 1. ab Vrbe. Ut primo statim concursu increpue re arma, micantesque fultere gladii, horror, &c. Ovid. 6. Fast.

Annuit Aleides, increpuitque lyra.

¶ Pro perterritore, Plaut. Amph. Tonus timeo, ita me increpuit Juppiter (perterritus, crepitu scilicet fulminis.) Liv. lib. 4. ab Vrbe. Quid increper terroris. Idem lib. 7. bell. Pun. Similitudinem nominis increpare (i. jactare, dictare.) ¶ Pro alloqui. Ovid. 6. Fast.

— increpat illos

Iuppiter.

¶ Per translationem usurpatur pro Reprehendo, accuso, idque cum crepitu, & verborum pedumve strepitu, hoc est, contra aliquem crepando, & strependo insurgo. ¶ תְּרִבְּתָה hochiach, γέρα gháhar. אַמְּגֵן, יְמִינְתָּה, יְמִינְתָּה. GALL. Tancer, reprendre affrement, blamer. ITAL. Riprendere. GERM. Mit ungestümme rauchen/schelten worten einem ansfaren. HISP. Reprehender. ANGL. To blame or rebuke. ¶ Plaut. in Amph. sc. 1. a. 1. Superbinimis ferociter legatos nostros increpant. Sueton. in Tiber. cap. 52. Ut glorioſissimas victorias (Germanici filii) ceu damnosas Reipublicæ increparet, id est, eis obstrepet, eas accusaret, damnaret. ¶ Interdum effert præteritum etiam Increpavi. Cicer. ad Quintum Fratrem, Cato Pompeii in me perfidiam increpavit. Idem Hortensio, Tum Pseudomenus, & sortitam, & totam dialecticam aut illudis, aut increpas. Ovid. lib. 1. Epist. 1.

Me pater Icarius viduo discedere lecto

Cogit, & immensas increpat usque moras.

Idem 3. Metam.

Increpor à cunctis, totumque immurmurat agmen.

INCREPITUS, a, um, ut ad rem quoque pertineat. Suet. in Calig. cap. 99. Cœtorum increpita cupiditate commoda emeritæ militiae ad sexcentorum milium summam recessit.

INCREPITO, as, frequentatiu: Arguit, convitior. ¶ תְּרִבְּתָה. GALL.

Reprendre, tancer quelqu'un en lui disant grosses paroles. ITAL. Reprender, dir villania. GERM. Beschelten/beschelten. HISP. Reprehender, injuriar. ANGL. To blame or rebuke often. ¶ Increpitare, est vocare, aut provocare sapientem: quod & his aliis multis testimonis confituntur potest. Virg. 10. Æneid.

Hos amarè quid increpitas, mortemque minaris?

Cœl. 2. bell. Gall. Increpitare atque incusare reliquos Belgas. ¶ Increpitare aliquando est accusationem afferre, & culpam in aliquem rejicere. Virg. 4. Georg.

¶ statem increpitans seram, i. causatus testatem fuisse cardiotem. INCRESO, is: Augeor, invalesco, accessionem & incrementum accipio. ¶ תְּרִבְּתָה. אַמְּגֵן, עֲזֹרֶת. GALL. S'augmenter, croître de plus en plus. ITAL. Accrescere, prender aumento. GERM. Wachsen zunemmen. HISP. Mucho crecer, tomar crecimiento. ANGL. To grow, and waxe more and more. ¶ Liv. 1. ab Vrb. Cancer ad terratem in crescentis audacie, media urbe, imminens foro edificatur. Suet. de clar. Grammat. Post hoc magis gratia & cura attis increvit, ut ne clarissimi quidem virti abstinerint. Lucan. lib. 2.

Intonsos rigidam in frontem descendere canos

Passus erat, mæstamque genis increscere barbam.

Ovid. 9. Metam.

Ut dolor increvit.

Cels. lib. 1. cap. 3. Maximè eget cibo puer, qui increscit. Increscere dicitur oratio (i. augeri.) Quincil.

¶ Increta, indivisa. Fest. ab in, & cerno. Est &

Incretus, cernendo seu cribrando ingestus, ab inerno. ¶ Horat. lib. 2. Sat. 4.

INCriminatio, nis: Irreprehensibilitas, ut ita dicam. ἀνίδητος. Tettull. de resurrect. carnis, Secundum scopum persequor ad palmaria incriminationis.

¶ Incrocari, croco aspergi. Cod. 11. antiq. ¶

INCVENTVS, a, um: Sine cruento Ἀ Cruentus, sanguinolentus. ¶ אַמְּגֵן, אַמְּגֵן. GALL. Qui n'est point sanglant. ITAL. Senza sangue, non sanguinolento. GERM. Unblutig. HISP. Cosano ensangrientada, no sangrienta. ANGL. without bloodshed, unbloody. ¶ Liv. 7. bell. Pun. & 7. ab Vrb. Nec Romanis inuenta victoria fuit, quanta parte militum amissa. Idem 8. ab Vrbe, Haudquam tamén in cruento milite suo.

INCRENATU, a, um: Non maculatus cruento. ¶ אַמְּגֵן. GALL. Qui n'est point ensanglanté, ou souillé de sang. ITAL. Che non è macchiato di sangue. GERM. Mit blut nit besprengt noch besudelt. HISP. Cosano ensangrientada. ANGL. Not defiled or embrued with blood. ¶ Tacit. lib. 10. Discellerant obsessores, mistus ex Cattis, Usipiis, Matticis exercitus, satietate prædæ, nec incurrerat. Vide supti, impersoſſus.

INCRIUS, o, as, are: Crustam induco, sive crustam applico. ¶ תְּרִבְּתָה. GALL. Encrouster, crêpir. ITAL. Incrostare, far crosta. GERM. Gleich als mit einer rinden oder rauſſt überziehen und bedecken. HISP. Cubrir de crostas, encrostrar. ANGL. To parget, to bringen a cruf. ¶ Vero de re rustic. cap. 14. Has quoque laganare soleat ita, ut olla cum foraminibus incurrerent sapo & farre. Horat. 1. Serm. Satyr. 3.

At nos virtutes ipsas invertimus, atque

Syncretum cupimus vas incruciare.

INCROSTARI, nis: Crustæ ad parietem, aut pavimentum, aut vas aliquod applicatio. ¶ תְּרִבְּתָה. GALL. Encrusting, crêpion. ANGL. Pargetting or rouge casting. ¶

INCUBO, as, ui, itum, propriæ idem est quod incumbo, innitor, quasi in re quapiam enbo. ¶ תְּרִבְּתָה. יְמִינְתָּה. GALL. Estre couché ou gesir sur quelque chose. ITAL. Appoggiarsi, star sopra, evare. GERM. Auf etwas liegen/etwär ob liegen. HISP. Acostarse sobre algo. ANGL. To ly or leane to any thing. ¶ Habet autem plerunque datum. Quintil. lib. 10. Qui autem sciverit, quo quæque sunt modo dicenda, nisi tanquam in procinctu paratam quidem ad omnes calus habuerit cloquentiam, velut thesauris clausis incubabit. Papinius,

— & festinantia sistens

Fata salutifero mitis Deus incubat angui.

Virg. 1. Æneid.

— ponto nox incubat atra.

Ovid. Eleg. 3. lib. 4. Trist.

— ut incubuit justo mens agra dolori.

¶ Nonnunquam accusativum cum præpositione In. Velleius, Incubuit in gladium (nisi mavis ad Incumbere referre.) ¶ Item, Incubare corpore corpus (de amplexu venereo.) Plaut. in Amph. ¶ Incubare ova dicuntur aves, quum excludendi fetus gratia ova faciunt. ¶ תְּרִבְּתָה richéph. inwāzey. ANGL. To hat ebor bring out chickens. ¶ Vero 3. de re rust. Negant plus vigintiquinque ova incubare. Plin. lib. 10. cap. 34. Ova incubari intra decem dies edita utilissimum: vetera, aut recentiora infœcunda. Idem lib. 29. cap. 3. Fiunt & tota leta, quæ vocant schista, quum triduo incubata tolluntur. ¶ Legitur & Incubare absolutè. Col. lib. 8. cap. 5. Gallinæ incubare cupiunt ab Idibus Januariis. Et paulò post, inhibetur cupiditas incubandi, pincola per nates trajecta. ¶ Incubare Jovi, est in Capitolio dormire ad accipienda à Jove responsa. Plaut. in Circumloge, Namque ut incubare latius fuerat Jovi, quæ tibi auxilio in jurejurando fuit. Scivius in illud Virg. 7. Æneid.

Pellibus incubuit stratis, somnōisque petivit.

Incubare, inquit, propriæ dicuntur ii, qui dormiunt ad accipendiæ responsa. ¶ Ali quando incubare, pro inhabitare. Apul. 7. Metamorph. Tabernulum quandam, vitatis maris fluctibus, incubabat. ¶ Incubare etiam dicitur qui jure non possidet, sed per vim atque injuriam, quod qui sic possident, in loco assidui sunt, & velut incubant. Ascon. Cum enim incertum sit, cuius debeat esse possessio, cum Prator dicat, Si possessor est? quasi jam probaverit possessorum esse eum, qui incubabit. Rursus, Ergo nec admete tibi licet possessorum incubanti, nec date in re poscenti. Vide Incubator. ¶ Incubare pecunia, pro iuhare, & vehementer cupere. Cic. pro Cœtio, hic ille planus improbissimus, quæstu judicio pastus, qui pecunia, quam considerat, spe jam atque animo incubaret, contrahit frontem. Liv. 8. ab Vrbe, Liberes fœdere plebem Romanam, & istos incubantes

bantes publicis thesauris ex præda clandestina evolvas. Quint. Ve-lut clausis thesauris incubare. Plaut. *Cure.* sc. 1. a. 1. Incubat ægrotus in Æsculapii fano. ¶ Interdum significat Coram habere: translatione sompta ab avibus, quæ incubatu fovent ova, & excludunt factus. Apul. lib. 3. Aureos folles incubabat.

Incubito, as ate, frequentativum. { πονεῖ ναῦλον, κατάκευον. GALL. Coucher & gésir souvent en un lieu. ITAL. Spesso appoggiarsi, star sopra. GERM. Oft oder stets obliegen. HISP. Acostarse muchas veces sobre algo. ANGL. To lyk often in a place. } Col. lib. 8. cap. 13. Cel-las in quibus incubitant, siccissimas esse oportet.

Incubator, injustus violentusque possessor: quo sensu Macrobius Dionysium Siculæ incubatorem aulæ appellavit, cùm tyrannum esse significaret. Servius, Licet apud nos incubator imperii, tyrannus dicitur.

Incubitus, us: Quod modò actum illum significat ova fovendi. { πονεῖ. GALL. Couvenement. ITAL. Covamento. GERM. Brütung/aufflü-gung. HISP. Aquella obra de estar sobre huevos. ANGL. Hatching of chickens, setting abrode. } Plin. lib. 10. cap. 54. Quædam autem ci-ta incubitum sponte naturæ gignunt. ¶ Modò gestum modumque cubantis. { κατάκευεται εγκαύων. ut. Incubitus dextri lateris, quum quis cubat in dextrum latus. Plin. lib. 28. cap. 4. Aristoteles & Fa-bianus plutinum somniari circa vernum & autumnum tradunt, ma-gisque supino cubitu, & prono nihil. Theophrastus celerius con-coqui dextri lateris incubitu, difficultius à supinis.

Incubitus, us. Plin. lib. 10. cap. 54. Si incubatu tonuerit, ova pereunt. Hoc est, quum gallina incubat ovis.

Incubatio, nis: Incubitus. Plin. lib. 10. cap. 56. Rara incubatio, ovis noxia.

Incubatio, nis: Incubatio. Plin. lib. 10. cap. 54. Incubitioni datur ini-tium post novam Lunam.

Incuba, qui res alienas tenet. Legebat quidam salacissimè, *incuba que viro inequitat.* Ut referri poslit ad nequissimam illam inequitationem propudii flagitiosissimi languentem venerem solicitantis. Sic tales insecurus Satyricus,

Noctibus hic ponunt lecticas, micturiunt hic

Effigiémque dea longis siphonibus implent,

Inque vices equitant, ac Luna teste moventur.

Unde mulieres Græcæ tales ιτις dicuntur. Et sic amicam suam pe-tulantiorem Lucilius vocat Equam. Thessalam.

Incubus, || & incubo, nis. Tertull. || Morbus est noctu quiescentes infestans, quum scilicet externa quædam vis quiescentes videtur invadere, & veluti suo pondere pressos gravare. { πιάλη. Nascitur hoc morbi genus copia vaporum ex voracitate & cruditate in caput re-dundantium. Antiquitas creditit esse Faunos & Sylvanos, vel dæmo-nes hominum insultores.

Incido, is, etc: Cudendo imprimbo. Hinc incusus, a, um, de quo vi-de infra.

Incûlo, as, are: Infercio, & quasi calcando immitto. { ιψω schinnén. ιμιάτη. GALL. Entrejettar parmi à force, inculquer. ITAL. Insacca-re, invaliggiare. GERM. Hineinträtten/intrücken. Item. Mit voll wider-stehen/einpleuwen. HISP. Echar una cosa sobre otra. ANGL. To deat in ones mynd or memorie, to drive in. } Plin. lib. 29. cap. 2. At canis tabiosi mortibus inculcata post diem septimum solvitur. ¶ Per trans-lationem significat eadem læpius iterando ingerere. { τωλεογενή. ANGL. To repeate often. } Cic. 1. Offic. Ne, ut quidam, Græca verba inculcantes, jure optimo rideamur. Idem de Fato, Quid ergo attinet inculcare fatum, quum sine fatu ratio omnium rerum ad natu-ram fortunam referatur. Inculcatæ persuasions non facile mutantur.

INCULPABILIS, qui culpari & argui non potest, sincerus, incor-ruetus. ||

Inculpatus, a, um: Innocens, culpa earens. { ἀνέλθετο, ἀνέλθετο. GALL. Inculpable, qui est sans blasme ou reproche. ITAL. Incolpato, senza colpa. GERM. Unschuldbar/den man mit beschuldigen kann/unschuldlich. HISP. Cosa que no tiene culpa. } Gell. lib. 2. cap. 6. Sed enim qui in re atque omni tempore laude omni vacat, is illaudatus est, siue omnium pessimus, deterrimusque est. Sicut omnis culpæ pri-vatio inculpatum facit, inculpatus autem instar est absolute virtutis. Ovid. 9. Metam.

— sed vita fidèisque

Inculpata fuit.

¶ Inculpatum viræ vir. Gell. lib. 2. cap. 14.

Incultus, & incultæ: vide Incolo.

Incumbæ, æ: Est pars pilæ in fornicationibus, cui onus adficii in-cum-bit. Vide Annotationes Budæi in Pandectas. Vitr. lib. 6. cap. 10. Ex-trema pilæ in his latiores spatio sunt facienda, ut vires eæ haben-tes resistere possint, quum cunei ab oneribus parietum pressi, per coagmenta ad centrum se prementes extruderint incubas.

INCUMBO, is, ere: Ianitor, in aliqua re cubo. { γραβετας, γραβετας. GALL. Estre couché ou appuyé sur quelque chose. ITAL. Appoggiarsi sopra qualche cosa. GERM. Auf etwas liegen/sich etwas an lähnen. HISP. Acostarse sobre alguna cosa, apli-carce à alguna cosa. ANGL. To ly upon, or give diligence to any thing. } Virg. 8. Eclog.

Incumbens tereti Damon sic caput oliva.

Plin. lib. 2. cap. 64. Namque in illo cava in se connexitas vergit, & cardini suo, hoc est, terra undique incubbit. Virg. lib. 5. Aeneid.

Incubuitque toro, dixitque novissima verba.

¶ Aliquando accipitur pro Rei alicui operam dare. { αποδέξει. GERM. Obligen/mit fleiß anhalten. } In qua significatione dativo jun-gitur: ut incumbere literarum studiis, virtuti incumbere. Senec. cap... de consol. ad Marc. Harere & incumbere dolori. Idem Senec. cap. 2. de consol. ad Marc. Incumbere cœperat Augustus Marcellio, in quem onus imperii reclinaret. ¶ Frequenter etiam accusativo, me-diane Ad, vel In, ut à Cicerone ferè semper usurpatum. Pergite, in-quæ, adolescentes, & in hæc studia, in quibus estis, incumbite. Idem Attic. lib. 2. Quare incumbamus ad alia præclaræ studia, hoc est, totis tibiis, omniq[ue] conatu emittamus. Idem Cornificio, Te tamen

hortor, ut omni cura in Rem publica cum incubas. Idem pro Leg. Man. Quare, videte ne dubitandum vobis sit omni studio ad id bellum incum-bere. Sen. e. 5. de consol. ad Marc. Incubisti tota in alteram partem (sup. colendi.) Plaut. Aul. sc. 1. a. 4. Rertere ad salutem, non quod incumbant, eò impellere. Plus tamen inesse videtur Accusativo cum In, quædam dativo, quasi sit, inniti, vel insistere contra, sive super. In quo designatur quid arduum, vel onerosum, & hoc ex vi præpositionis In, accusativo iur. et. Ut Cic. pro Cornelio Balbo, mirabile à se factum fuisse declarat, cum ait: Hoc sive meum, sive Republicæ fatum, ut etiam in me unum omnis illa inclinatio communum tem-porum incumbet. Oneratum seu arduum, ut idem Cornificio: Te tamen honor, ut omni cura in Rem publicam incumbas, hoc est, su-stentandam, sive tuendam, quod difficillimum erat. Quare si dixeris, Incumbo in remos, major nixus in illos designatur, quam incum-bo remis: ut sit, in remos, quasi totis viribus, & brachiis innitor contra, sive super remos. ¶ Aliquando vero in hujusmodi forma significat Irruere. { ιχθες, φερεσα. Cic. pro Plancio. Potius quam ab ipsis qui in te ipsum incubuerunt, te depulsum putas. Quint. lib. 5. Et fluctus esse cum magna vis venti in mare incubuit. Virg. tamen Dativo jungit, quando dixit lib. 1. Aeneid.

Incubuere mari.

Cum tamen Irruo accusativum poscat, cum præpositione In. Ter-in Adelph. Fores effrexit, atque in ædes irruit alienas. Incumbo au-tem ad studia, significat Animo & opera intendo, sive innitor ad studia, ut Cicet. Pompeio, Quare videte ne dubitandum vobis sit omni studio ad id bellum incumbere. ¶ Aliquando post accusativum adhibetur adjætivum, ut effectus rei, quæ designatur, demonstraret ut idem pro P. Sylla, Nemine esse ex illo honoris gradu, qui non omni studio, virtute, autoritate incubuerit ad Rem publicam conservan-dam. ¶ Simile erit, si dixeris, Remiges incubuerit ad remos: sub-in-telligetur, premendos, si premere velint: vel habendos, si prohibeantur, aut detineantur: vel obnoxie tenendos, ne rapiantur, aut mani-bus elebantur, & hujusmodi. Licet Valla, in temos incumbere, dici posse neget, sed temis tantum. ¶ Est quandoque Incubere, idem quod subire, sive supervenire, ingruere, impetrare, ιχθες, φερεσα. La-tant. lib. 2. Si morborum pestifera vis incubuit. Virg. 1. Aeneid.

Incubuere mari.

Quum magna vis venti in mare incubuit. ¶ In-cubere, aliquando est possidere, solidè (ut ii qui rei alicui incu-bant) tenere. Hiuc creditor dicitur incumbere suo pignori, qui rem sibi pigneratam aufert, ut apud Ulp. l. 55. D. de furt. Et in-cubere possessioni, apud Imper. l. 8. C. quomodo & quand. jud. ex Hotom. Suet. in Tib. cap. 15. Incumbebat uni spes successionis.

Incunctabilis, sine cunctatione atque hesitatione, indubitabilis. D. lib. 2. tit. 5. l. 21. §. 1. Arcadius, qui & Charisius: illud quoque incun-ctabile est, ut si res exigat, non tantum privati, sed etiam magistra-tus, si in præsenti sit, testimonium dicant.

Incūnabula, orum: vide supra, in dictione Cuna.

Incūratus, adj. &c. { άχαδες ιτις, άτημέλης. GALL. Negligé, méprisé, sans guerison. ITAL. Non curato, non guarito. GERM. Ungehelyt / univers-sorgt. HISP. Hecho sin cuidado. ANGL. Little sett by, neglected. } Horat. 1. epist. 17.

Stultorum incurata pudor malus ulcera celat.

INCURIA, negligencia. { ιτις, άτημέλης. GALL. Negligence, nonbalance. ITAL. Negligenza, poca cura. GERM. Unsorgsamkeit/hinlänglichkeit. HISP. El descuido, ó negligencia. ANGL. Negli-gence, slackness in doing any thing. } Cic. Attico, Quo magis virtu-teranda est: ei tam necessaria tanta incuria. Incuria, fame, vel mor-bo consumi, apud eundem de provinciis Consul.

Incūrōsus, a, um: Negligens, curæ, vel curiositatis expers. { άτημέλης, άτελεσ. GALL. Negligent, nonchalant. ITAL. Negligeante, poco cu-rioso. GERM. Unsorgsam/sorglos/hinlängig. HISP. Descuidado y negligente. ANGL. Negligent, caireles slacke. } Apuleius: Incuriosum agnum dixit, pro pingui: quod qui omni priorsus cura sint liberi pulcherrimè pinguestant. Gell. cap. 5. lib. 6. Non incuriosus rerum. Suet. in August. cap. 79. In capite comendo tam incuriosus, ut, &c. Idem in Galba, cap. 3. Multiplicem, nec curiosam historiam edidit, (Avus Gaibæ, sup.) Tacit. lib. 2. Recentium incuriosi vetera extol-limus.

Incūrōsē, adverb. Negligenter. { άτημέλης, άτελεσ, άμεληδίς. GALL. Negligemment. ITA. Negli-entemente. GERM. Unsorgsamlich. HISP. Flotamente y descuidadamente. ANGL. Negli-entlie, without care, slacklie. } Gell. lib. 2. c. 2. Reprehendunt quasi incuriosē. & abjecte verbum positum. Agere pueritiam incuriosē. Tacit. lib. 7. Incuriosus agere. Idem lib. 13. cap. 12. Rebellat sæpe humor incuriosē datus.

Incūrlus, incuriosius. Justin. hist. lib. 5. Sed cum hinc pro patria summis viribus, inde pro aliena dominatione incuriosus pugnatetur.

INCURRO, is: Contra aliquem curro, cufu irru, & impetum facio. { υπερ πασχάτ, τι ghadh. ιμβάνω, ιπεργίζω. GALL. Encourir, con-rrir dedans ou contre. ITAL. Correre contro, ó qualch' uno incorrere. GER. Einlaufen/anlaufen. HISP. Encontrar con otro, incurrir. ANG. To runne against, to meet with by chance. } Liv. 1. ab Vrb. E. præcipua equitum gloria fuit: utrinque à cornibus positos, quum jura pelleretur in media peditum suorum acies, ita incurrisse à lateribus ferunt, ut, &c. Salust. Postquam Catilina fusas copias, sive cum paucis relictum videret: memor genitis atque pristinæ dignitatis, in confertissimos hostes incurrit, ibique pugnando confuditur.

Quint. Ne incurriter petulantia in totos ordines. Item, Incurrere in oculos. Idem Quintil. & Senec. cap. 9. de consol. ad Marc. In-currit languidius prævisa. Idem Sen. cap. 11. de transq. Quicquid in illum incurrit, in te incurtere potest. ¶ Incurrere natalis Circen-sibus. Sueton. in Tib. cap. 26. ¶ Incurrere malevolentiam, vel indi-gnitatem alicujus, idem est quod subire, vel incedere in ejus odium, vel indignationem. Lactantius, Aut oblitus esse propositi videat, aut loquacitatis crimen incurram. ¶ Aliquando significat incurssiones facere, agrumque hostilem populari. D. Brutus Ciceroni, Aut Apennino, Alpibusque se teneat, & decisioibus per equites, quod habet multos, rastet ea loca que incussit.

Incurrus,

Incursus, us, & incursio: Excursio, impetus hostilis. { תַּרְגָּמָה bedúdh, γέρεις peréts. ἐπιβολή, ἐπιστροφή. GALL. Course sur quelques uns, irruption. ITAL. Correria del soldato. GER M. Ein anlauff/aurenning. HIS P. Corrida de soldados. ANGL. Such running against, invasion. ¶ Col. Hosticis incursionibus vastatas fruges. Cæs. 5. bell. Gall. Quod à Pirustis finitimatam partem Provinciae incursionibus vastari audiebat. Cic. pro Cecina, Impetum armati Antiochi, cæterorūnque tela, & incursus refugit.

Incursim, antiquum adverbium, pro Celeriter. Cæcilius, Nullus sim, nisi meam rem jam omnem propero incursim perdere. Ex Nonio.

Incuso, as, are, frequentativum. Est currendo peto, currendo ledo. { εἰντείξο. GALL. Courir ses, faire course. ITAL. Correre sopra alcuno. GER M. Anrennen/mit lauffen anfallen. HIS P. Correr contra algo. ANGL. To runne of ten, to mak inrodes on enemies. ¶ Plaut. Aul. sc. 4. a. 1. Asini me mordicibus scindant, boves incursent cornibus. Idem Afin. sc. 1. a. 1. Ubi vivos homines mortui incursant boves. Ovid. 2. Metam.

— atque sub aethere fixis

Incursant stellis.

Tacit. lib. 19. Nutantem aciem victor equitatus incursat. Liv. lib. 6. d. 4. Incursant in agmen Romanum. ¶ Incursare oculis, vel auribus. Quint. & Liv. lib. 4. bell. Pun. Incursatum agmen ab equitibus.

Incursans, antis, participium. ἀγωνίας, εἰντείξο. Plin. lib. 11. cap. 37. Natura oculos compositi lubricos propter incursantia, & mobiles. ¶ Incursatus: Particip. pass. Liv. lib. 4. bell. Pun. Agménque Romanum impunè incursatum ab equitibus hostium fuerat, id est, incursione vexatum.

¶ Incursax, crebrò faciens incursions. Sidon. ¶

Incursito, as, ate: Diminutivum frequentativi. Senec. 2. de Ira, Multa caligine incursitatem, vastantem, fugantemque. Ibid. Properanti in multos incursitandum est. Idem in epist. Tota vita incursitamus. Significat offensare, heurter.

Incūrvicērīcūs, a, um: Vocabulum antiquum poëtica licentia à Pacuvio confictum, quemadmodum sunt & illa, Rudentisibilis, cortinipotens, vestitrahus. Pacuvius, Incurvicericum pecus. Varr. lib. 4. de Ling. Lat.

INCURVVS: Valde curvus. { תַּרְגָּמָה naschach, πούρος, νυφός. GALL. Courbé. ITAL. Torto grandemente. GER M. Ganztumb. HIS P. Encorvado hazia bajo. ANGL. Verie crooked. ¶ Ter. in Ennuch. Continuò accurrit ad me, quam longè quidem, incurvus, tremulus, labii demissis. Plin. lib. 11. cap. 52. Aristoteles longæ esse vitæ ponit incurvos humeris. Incurva carina. Ovid. 15. Met. Cic. 1. de Divin. Incurvum & leviter à summo inflexum bacillum. Ovid. Eleg. 6. lib. 4. Trist.

Prabet & incurvo colla premenda jugo.

Incervo, as: Incurvum facio. { תַּרְגָּמָה heschach, κρύψη chaphaph. κρέτω. GALL. Courber, faire courbé. ITAL. Torcere. GER M. Krummen/tumb machen. HIS P. Encorvar otra cosa. ANGL. To crooke or bowe. ¶ Plin. lib. 16. cap. 42. Robur, olea, incurvantur, ceduntque ponderi. Cic. 2. defin. Incurvatum bacillum. Virg. 5. Æneid.

Tum validis flexos incurvant viribus arcus.

Membra incurvata. Ovid. 6. Metam. Senec. cap. 7. al. 26. de cons. ad Polyb. Incurvari tibi non licet, ut nec Atlanti.

Incürvēscō, scis. Incurvus sio. { תַּרְגָּמָה schach. κρέτης. GALL. Se courber & ployer. ITAL. Divenir torto. GER M. Krumb oder gebogen werden. HIS P. Encorvarse. ANGL. To vaxe crooked. ¶ Cic. lib. 1. Tus. Arboris frondescere, ramos baccatum ubertate incurvescere.

Incus, udis, scis. gen. ab ὄγκῳ. Instrumentum ferratum est super quod fabri ferrum eudunt. { אֲמַעַן GALL. Un enclume. ITAL. Incude, incugine. GER M. Ein ambōs. HIS P. La yunque. ANGL. An anuill. ¶ Plin. lib. 33. cap. 4. Fit & cura electrum argento addito, quod si quintam portionem excessit, incudibus non resistit. Cic. 2. de nat. deor. Ex quo efficiuntur hæ terum formæ atque figuræ, quas vos effici posse sine follibus & incudibus non puratis. Plaut. Psoud. sc. 2. a. 2. Hic mihi incus est, proculam hinc multos dolos. Idem in Amphitr. Ita quasi incudem me miserum homines octo validi cædant (propter duritiam tergi scilicet.) ¶ Reddere versus incudibus, per translationem, pro emendare & expolite, Horat. in Arte usuipavit.

Et male tornatos incudi reddere versus.

Ovid. Eleg. 6. lib. 1. Ablatum mediis opus est incudibus illud.

¶ Incus maxima non metuit strepitus: ἀχειρού μέγατος ἡ φοβεῖται τὸ φόφες. Excelsus animus non commovetur minis, aut fortunæ sacerientis procellis. ¶ Eadem incudem assidue tundere, dixit Cicer. lib. 2. de Orat. pro indefatigabili assiduitate in operis alicujus studio p. severate.

INCUSO, as, mores, factumve alicujus reprehendo, cum aliquo expostulo. { תַּרְגָּמָה חַוְתָּחָה. αἴτιος. GALL. Accuser. ITAL. Accusare. GER M. Ein anklag/beschuldigen. HIS P. Quejarse de alguno accusando. ANGL. To accuse. ¶ Cæsar 1. Comment. Omnium ordinum adhibitis ad id consilium Centurionibus, vehementer eos incusavit. Novè posuit Corus, pro enuntiare & aperire: Cum, inquit, silentium se continere non posset (de tonsore autem Midæ regis loquitur) scobem fecit, & ita quod viderat canna terræ incusavit, id est, enuntiavit, & detexit.

Incusatio, nis: Reprehensio, expostulatio. { תַּרְגָּמָה sinib. חַוְתָּחָה. αἴτιος. GALL. Accusation, plainte, blâme. ITAL. Accusa. GER M. Ein anklag/beschuldigung/beschelzung. HIS P. Quejamiento de alguno accusandolo. ANGL. Accusacion, blame. ¶ Cic. 3. de Orat. Quorum partim habent vitiorum & peccatorum acrem quandam cum amplificatione incusationem, aut querelam.

Incusatus casus, pro accusatus, apud Diomedem sapissime, ut Grammatices lib. 1.

Incusus, a, um, adjективum est, à verbo incudo formatum. ιχνόθλαστος. ut, incusus lapis, apud Virgilium 1. Georg.

— lapidemque revertens

— Incusum, aut atra massam picis urbe reportat.

Quem locum exponens Servius: Incusum (inquit) lapidem, id

est, manualem molam eudendo asperam.

Incustoditus, a, um: Non custoditus. { אֲפָלָאכֶס. GALL. Qui n' est point gardé. ITAL. Senza guardia. GER M. Von wachtt/undehnt.

HIS P. No guardado. ANGL. Not kept. ¶ Ovid. lib. 2. Metam.

Incustodit & Pylios memorantur in agros
Processisse boves.

Idem Eleg. 10. lib. 3. Trist.

Incustodita diripiuntur opes.

Idem 1. Trist. Eleg. 5.

Vix rapax stimulante fame, cupidusque crux,

Incustoditum captat ovile lupus.

Mart. lib. 1.

Incustoditis & apertis Lesbia semper

Liminibus peccas.

Tacit. lib. 20. Sint transitus incustoditi.

INCUTIO, is, cussi, cussum, ex in, & quatio, q in e, & a in u, mutatis

Ictum infero, impingo, infligo. { תַּרְגָּמָה hichchah. imoraw, iphiqah, entiva. GALL. Letter contre, ruer & frapper impetueusement. ITAL.

Scuotere, squassare. GER M. Einschlagen/schlagen. HIS P. Sacudire es-

tra otra cosa. ANGL. To strike or dash in or against. ¶ ut, Incutere

scipionem eburneum in caput alterius, apud Liv. 5. ab Urbe. Incute-

re colaphum. Juven. Satyr. 9.

Nos colaphum incutimus, labenti crustula servo.

¶ Per translationem sumitur pro immittere. ipmādār. Virg. 1. Ætil.

Incute vim ventis.

Cic. de Univers. Rursusque emersi errorem incutiant rationis er-

pertibus. Incutere metum, terrorum hostibus, apud Livium, Pla-

tin. sc. 2. a. 4. Palla pallorem incutit. Ovid. Eleg. 10. lib. 1. Trist.

— se rigidas incutiente minas.

¶ Item, Incutere foedum nuntium. Liv. lib. 2. ab Vrb.

Incusus, participium, sive nomen ex participio. { תַּרְגָּמָה muchik. ἀμπληκή, ἀπελάδης. ANGL. Dashed, bruised. ¶ Plin. lib. 22. cap. 14.

Medetur mica salis contusis, incussisque inustis & strumis.

Incussus, us. { αἴσος, ἀμπλά. ANGL. A dashhing, or bruising. ¶ Con-

nelius Tacitus lib. 20. Scandebant jam quidem cum gladiis & u-

morum incusso præcipitati sudibus, & pilis obruantur.

INDAGO, as, ab endo & ago, seu in & ago. Proprietà venatorum verbum

est, idem significans quod feras investigo. { שָׁר darāsch, ῥῦψι kar, ἔρεσθαι, ἔρευνεσθαι, ἔρεψθαι, ἔρεψθαι. GALL. Chercher à la trace, chercher diligemment, s'enquerir. ITAL. Investigare, cercare. GER M. Dem gespôr nach suchen/erforchen. HIS P. Buscar el rastro o pisadas. ANGL. To search, to trace. ¶ Cicero. 2. de fin. Causa natus ad indagandum. ¶ Per translationem accipitur pro Quovis modo inquirere, vel perscrutari, ἀκεβάσει. Cic. in Orator. Aut re-

prehendet quod inusitatas vias indagemus, tritas relinquamus. Idem

¶ de finibus, Consideratio, cognitioe rerum celestium, & earum

quas à natura occultas & latentes indigate ratio potest, &c.

INDAGATIÖ: Inquisitio, perscrutatio. { רִקְבָּה chekér. ἀκεβάσεις. GALL.

Recherche, enqueste, inquisition, queste. ITAL. Lo investigar. GER M.

Erforschung/nachsuchung. HIS P. Buscamiento. ANGL. Diligent sear-

ching. ¶ Cic. 1. Offic. Inest indagatio & inventio veri, ejusque viti-

tis munus est proprium.

INDÄGÄRÖR, is: Venator, inquisitor. { רִקְבָּה choker. ἀκεβάσεις. GAL. Chasser,

enquesteur. ITAL. Investigatore, cercatore. GER M. Ein nachsuche-

HIS P. El que busca assi. ANGL. A searcher. ¶ Col. lib. 9. cap. 8. Sed

indagarorem convenient matutina tempora vestigandi eligere. Inda-

gator aquarum. Idem lib. 2. cap. 2.

INDÄGÄTTIX, icis. { תַּרְגָּמָה chokereth. ἀκεβάσεις. GALL. Celle qui

recherche curieusement. ITAL. Investigatrice. GER M. Ein suchenn.

HIS P. La que busca assi. ANGL. She that searcheth. ¶ Cic. 5. Tusc.

Vita philosophia dux, virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum.

INDÄGÄNTER, adverbium. { ἀκεβάσεις. GALL. En suivant la trace. ITAL.

Seguendo la tracia. GER M. Mit nachsuchen und erforschen. HIS P. Ra-

streando. ANGL. Following the trace. Col. lib. 5. cap. 1. Boni venato-

ris est indaganter quamplurimas feras capere.

INDÄGO, inis: Series plagarum, quibus saltus, stabulaque ferarum ci-

guntur à venatoribus. { תַּרְגָּמָה rēsheth. στίζω, δικυράτω. GALL.

Toiles ou panneaux, tente de filets tout autour. ITAL. Rete da pi-

gliare le bestie salvatiche. GER M. Garn / so die jäger aufspannen

das gerold in die selbigen zuhetzen. HIS P. La red para tomar bestias.

ANGL. Netties where with woodes ar environned to thak wild be-

stes. ¶ Virg. 4. Æneid.

— saltusque indagine cingunt.

Lucan. lib. 6. Pharsal.

— saltus, nemorosaque tesqua,

Et sylvas, vastaque feras ina ine claudit.

Hic (inquit Budæus) Lucanus per metaphoram indaginem voca-

vit, fossam & turrium munitatum seriem. Cæs. 8. bell. Gall. Sylv

undique impeditissimis, aut altissimo flumine, vel indagine muni-

tum. ¶ Per translationem accipitur pro captionibus, quas quis non

facile queat effugere. Tacit. lib. 3. Annalium, Romæ testamento, &

orbos velut ejus indagine capi, id est, captorem esse, ita ut nullus

captiones ejus evadat. ¶ Item pro quavis indagatione, seu inquisi-

tione usurpatur. { רִקְבָּה chekér. GALL. Recherche, queste, enqueste.

Pseud. sc. 2. s. 2. Videre inde esse, i. à milite (*de sa part.*) Livius lib. t. ab Urbe, Primo in Macedoniam venisse, dein Siciliam, quarentem sedes delatum. Idem, Omnis te exempli documenta in illustri posita monumento intueri: inde tibi tuaque Reipublicæ quod imite, capias. ¶ Aliquando dicitur de tempore, & ponitur pro inde. caro. { ANGL. Frome thence forth. } Idem lib. 1. ab Urbe, Crimini maximè dabat, in Numitoris agros ab his imperium fieri, inde eos collecta juvenum manu hostilem in modum prædas agere. Plaut. Capt. sc. 4. a. 1. Jam inde à pueru amicus fuit. Idem Pseud. sc. 2. a. 4. Jam inde à consilio probus. ¶ Inde loci, pro eo loco, eo tempore. Glossæ. Hinc sunt composita, Deinde, exinde, perinde, & proinde, qua habent accentum in ante penultima.

INDEBITVS, a, um: Non debitus. { οὐ ὀφελόδρομος. GALL. Indeu, qui n'est pas deu. ITAL. Non devuto. GERM. Das nicht schuldig ist. HISP. Cosa no devida. ANGL. That is not due. } ut, Fletus indebitus. Senec. Herc. O Etæo.

— indebitos nato quidem
Compescit fletus mater Aleida inlyt.

Ovid. Epist. 15.

Pramia magna quidem, sed non indebita posco.

Indebitè, indebitò, adverb. Plaut. lib. 22. tit. 3. l. 25. §. ult. Sin autem cautio indebitè exposita esse dicatur.

INDECENS, tis, omn. gener. Non decens, turpis, præter decorum, deformis. { γυψ schober. αἰτίως, αὐγέστης, αἰνεῖντις. GALL. Messeant, indecent. ITAL. Non conviene vole, disconcio, bruto. GERM. Ungebürend, ungezimmend. HISP. Cosa fea y sin gracia. ANGL. Uncomely, indecent. } Mart. lib. 5.

Oculoque ludos spectat indecens uno.

Senec. de benef. lib. 1. cap. 9. Indecentissimum spousaliorum genus est adulterium. Alias legitur ibi, Hinc decentissimum, &c. quæ quidem verior lectio est.

Indecentè, adverb. { αἰτίως. GALL. Avec indecente, par messeance. ITAL. Sconviene violence. GERM. Ungebürlisch / unftäglich. HISP. Feamente y desgraciadamente. ANGL. Uncomely. } Plaut. Merc. Nec tolerant ut æquum patet: sed clamant, indecenter obstrepunt. Matt. lib. 12.

Quam sit lusca Philenis indecenter.

Indecet, verbum est in tertiiis duntaxat personis usitatum, idem significans quod dedecet, sive indecorum est, & inconveniens. { αἰτίως in. GALL. Il est messeant, il n'est pas convenable. ITAL. Non conviene. GERM. Es gezimpf oder geburt sich nicht. HISP. No conviene. ANGL. It becometh not. } Plin. junior in Epist. Juvenes adhuc confusa quædam & quasi turbata non indecent, senibus placida omnia, & ordinata convenient. ¶ Indecere, pro decere. Gell. lib. 12. lib. 7. ubi quidam libri habeant indecorum. Vide Indecor, infra.

INDECLINABILIS, c, quod declinari, vitari & flecti non potest. { αἰτίως. GALL. Qui on ne peut écrire, qui ne varie point, qui n'est point muable. ITAL. Che non si può scrisfare. GERM. Das sich nicht abwenden oder entfliehen lässt. HISP. Cosa que no se puede apartar, o esquivar. ANGL. That can no be reshaped. } Gell. lib. 6. cap. 2. Fatum semper inquit quædam & indeclinabilis series rerum. ¶ Animus indeclinabilis, pro constanti, & qui nunquam variat, apud Senecam epist. 67.

Indeclinatus, a, um, idem quod indeclinabilis, quod declinari & evitari non potest. Ovid. 4. de Pont. El. 10.

Hac tibi, qui peritas indeclinatus amico,

Non est quod lingua dicta tremente putes.

Idem Eleg. 5. lib. 4. Trist.

Téque, quod est rarus, præsta constanter ad omne

Indeclinata munus amicitie.

INDECOR, is: Indecorus. { γυψ schober. αἰτίως, αἰνεῖντις. GALL. Messeant, laid, dishoneste. ITAL. Dishonorato, biasmato. GERM. Ungestalt, ungeschaffen/haftlich. HISP. Deshonrado. ANGL. Unsemely, unconvenient, unbonnest. Servius putat compositum esse à nomine decor, & penultimam obliquorum naturaliter produci, quamvis à Virgilio aliquot in locis corripiatur, ut lib. 7.

Non erimus regno indecores.

Idem lib. 12.

Sunt alia innupta Latio, & Laurentibus agris,

Nec genus indecores.

Ubi idem ait, Aut Systole est, aut certè dicimus nominativum non inveniri, ut in multis nominibus sit. Nonius ostendit apud antiquos fuisse in usu nominativum Indecoris, & hoc indecor, citans illud Accii ex Athamante: Cujus sit vita indecoris, mortem fugere turpem haud convenient. Hodie tamen nominativus non est in usu, sive ille facit indecor, sive indecoris. Ut cuncte est, penultima obliquorum semper corripitur. Quare magis videri debet compositum à decus, quam à decor: sicut à corpus sunt composita bicorpor, & tricorpor: aut certè bicorporis, & tricorporis. Qui quidem nominativi etiamsi non sint in usu, frequenter tamen utimur eorum obliquis. ¶ Indecorem vestrum, pro decoram, sive decentem, dixit Gell. cap. 12. lib. 7. Fœminisque solis, inquit, vestem longè latèque diffusam indecorem existimaverunt (Romani) ad ulnas etrurique adversus oculos protegenda. Ita habent emendatores Codices: licet Joan. Paller. citans hunc locum, ibi dicat Indecere, scriptum esse, pro decere, quod eodem redit.

Indecoris, a, um, & Indecoris, c. Turpe Ἀdecorus, { γυψ schober, γύρα. αἰτίως. GALL. De honeste, vilain, laid, messeant. ITAL. Indeconiente, bruto. GERM. Ungestalt/unzimmlich/häflich. HISP. Turpe, indecente. ANGL. Filthie, unsemely, uncomely. } ut, Indecora lasciva ludere. Plin. lib. 18. cap. 34. Cic. 1. Offic. Et justa omnia decora sunt: iusta contra, ut turpia, sic indecora. Indecorus quæstus. Liv. 1. bell. Pun. Indecorus visus. Plin. lib. 31. c. 12. Accius apud Non. Cujus vita sit indecoris, mortem fugere turpem haud convenient. Virgil. lib. 7.

Non erimus regno indecores.

Indecore, adverb. Indecenter, turpiter. { αἰτίως. GALL. Ronteusement, de honestement, vilainement. ITAL. Dishonestamente, brutamente. GERM. Ungeschaffenlich / häflich. HISP. Feamente y des-

honestamente. ANGL. with dishonesty, after an uncomely sort. } Cicero. 1. Offic. Cavetque ne quid indecorè effeminatè aut faciat aut cogitat. Ibidem, Et ea, si non decorè, aut quam minimè decorè facere possit. Dicitur etiam Indecorabiliter, ut annotavit Sosipater ex Accio in Bacchis: Indecorabiliter alienos alunt.

Indefatigabilis: Qui defatigari non potest. Senec. lib. 2. de Ira, Alius contentus brevi somno, vigilam indefatigabilem extendit.

Indefectus, a, um, qui non deficit, annuit. Apul. de deo Socratis: Vivacitas eterna & indefecta. }

Indefensus: Non defensus, defensore patrono destitutus. { αντιπάτειον, αναπάτειον. GALL. Qui n'est point defendu. ITAL. Non difeso. GERM. Unbeschirmt. HISP. No defendido. ANGL. Undefended. } Liv. lib. 4. Suos increpans clara voce, hic præbituri (inquit) vos telis hostium cœli indœfensi, inulti: id est, sine defensione, sine vindicta. Plin. lib. 18. cap. 7. Indefensa quippe membranis continentur.

INDÉFÉSSVS, a, um: Non fatigatus. { αργακτός. GALL. Qui ne se laisse point. ITAL. Non stracco. GERM. Das nicht ermüdet wird. HISP. No cansado. ANGL. Unwearied, not tyred. } Ovid. 9. Metam.

defessa jubendo est

Sava Iovis conjux: ego sum indefessus agendo.

Indefessè, adverbium. Spartanus in Vero: Indefessè atque iahumanites facies cursitare.

Indeficiens, tis. Tibull. lib. 4.

Horrea secundis indeficientia mens.

INDEFINITVS, nullis terminis circumscriptus. { αντιμέτωπος. GALL. Obscur, indefin. ITAL. Indeterminato, oscuro, intricate. GERM. Das unbestimmt oder unausgezählt ist. Item, Dunkel. HISP. Cosa no determinada, y escura. ANGL. Obscure, intricate. } Gell. lib. 16. cap. 2. Indefinitus inexplicabilisque sermo fieri.

Indefinitè, acciatio. Gell. lib. 2. cap. 24. Promiscuè atque indefinitè latitia est.

Indefletus, a, um: Non defletus. { ανδαυτός. GALL. Qui n'a point été pleuré. ITAL. Non pianto. GERM. Unberoynt. HISP. No llorado. ANGL. That is not lamented for. } Ovid. lib. 7. Metam.

Qui lacryment desunt, indefletaque vagantur

Natorum, matrūmque anima, juvenūmque, seniūmque.

Indeflexus, a, um: Non inclinatus. { αγαπτός, αναπάτειον. GALL. Qui n'a point esté plié. ITAL. Non piegato. GERM. Ungebogen. HISP. Cosa que no se tuerce, o pliega. ANGL. That is not bowed. } Plin. in Paneg. Jam firmitas, jam proceritas corporis, jam honor capitidis, & dignitas otis: ad hoc, ætatis indeflexa maturitas.

Indejctus, a, um: Non dejctus, apud Ovid. 1. Metam.

Si qua domus mansit, potiusque resistere tanto

Indejcta malo.

Indelassatus, indefessus, ἀργακτός. Manilius,

Indelassato properantia corda vigore.

Indelabilius, e: Qyod deleri non potest. { αἰτίως. GALL. Qu'en ne sauroit effacer, ou abolir. ITAL. Che non si può distruggere, senza piaterno, perpetuo. GERM. Das sich nicht durchhun oder austilgen lässt. HISP. Cosa que no se puede raer o quitar. ANGL. That can not be put or away. } Ovid. lib. 15. Metam.

noménque erit indelebile nostrum.

Indelibatus, a, um: Illibatus, intactus. { αἰτίως. GALL. Entier, quin'est encore entamé. ITAL. Non contaminato, intiero. GERM. Una versucht. HISP. Entero, no tocado. ANGL. Untouched, untouched whole. Ovid. 1. Trist. Eleg. 4.

Dum juvat, & vulnu ridet fortuna sereno,

Indelibatas cuncta sequuntur opes.

INDEMNAVITVS, a, um: Non condemnatus. { αἰτίως, αἰνεῖντις. GALL. Qui n'a point été condamné. ITAL. Non condannato, GERM. Unverdammung. HISP. No condenado. ANGL. Not condemned. } Plaut. in Cure. sc. 3. a. 5. Proh Deum atque hominum fidem! Hoccine pacto indemnatum, argue intestatum me abipi: Idem Capt. sc. 2. a. 4. Quæ pendent indemnata (pernae) auxilium feram. Cic. pro lege Agraria, L. Sylla, quum bona indemnatorum civium suæ illa auctione sua venderet.

Indemnis, e: Nullo affectus damno, nullum passus detrimentum. { αἰτίως, αἰτίως. GALL. Exempt de dommage. ITAL. Senza danno. GERM. Das kein schaden erleidet. HISP. Sin daño. ANGL. without damage, harmlesse. }

Indemnitás, atis: Fuga, vel vitatio danni. { διασώσις, προστάσις. GALL. Exemption de dommage, dédommagement. ITAL. Lo schiffare il danno. GERM. Vermeidung schadens oder nachtheils. HISP. Esquivir de daño. ANGL. Eshaping of loss or damage. } Papin. in l. fidejussor 32. ff. de neg. gest. Fidejussor imperitia lapsus, alterius quoque contractus, qui personam ejus non contingebat, pignota, vel hypothecas suscepit, & utramque pecuniam creditori soluit, existimans indemnitatì sua confusis prædiis consuli posse.

Indemnabilis, e, αἰτίως, quod nequit demonstrari. Apul. 6. i. 15. ||

Indepisci, assequi, consequi. Plaut.

Indéploratus, a, um: Indefletus. { αἰτίως. GALL. Qui n'a point été pleuré. ITAL. Non pianto. GERM. Unberoynt. HISP. No llorado. ANGL. Not rayled for. } Ovid. 3. Trist. Eleg. 3.

Sed sine funeribus caput hoc, sine honore sepulchri,

Indeplorandum barbara terra tegot.

Indépravatus: Incorruptus, non depravatus. { αἰτίως, αἰτίως. διαθέτως. GALL. Qui n'est point depravé, ni gasté. ITAL. Non guasto, non corrotto. GERM. Unverdorso/unverdebrt. HISP. No gastado o corrompido. ANGL. Not depraved or made ill. } Senec. epist. 77. Si vita indepravata virtus est, & sui juris permanet, solum bonum est virtus.

Indéprécabillis, quod nullis precibus potest averti. { αἰτίως. That will no be forgiven. } Gell. cap. 13. lib. 1. Et pena indeprecabilis subeunda esset.

Indépréhensibilis, qui deprehendi non potest. Quint. decl. 4. Nec per varias ambages indeprehensibilem sparsit estorem. Idem decl. 8. Inenarrabile, indeprehensibileque est.

Indépsit,

Indēpērē, acquirere, invadere. Unde
Indeptus, acquisitus, ab *indipiscor*. ||
Indēsētus, a,um, quod nunquam deseritur. { ἐ μέτα δέσελεμηδός.
GALL. Non delaissé, qu'on ne delaissé jamais. ITAL. Che mai non si
abbandona. GERM. Unverlassen. HISP. No deserto, ni desemparado.
ANGL. That is never left or forsaken. } Ovid. 2. de Amor.

Si tamen exaudis pulchra cum matre cupido,
Indeserta meo pectora regna gere.

Indēsēs: Impiger, qui deses non est. { יְרָבֵשׁ schokédb. չօք. GALL.
Qui n'est point paresseux, ni oisif. ITAL. Non pigro. GERM. Nicht träge
oder faul/hüttig. HISP. Non perezoso, ni floxo. ANGL. Queck, nothing idle. } Gell. lib. 7. cap. 22. Id profectō existimandum est, non omnino
inculpatum, neque indecidem visum esse, cuius corpus in tam modicū luxuriasset, exuberans etque.

|| INDESINENS, ἄλλητος, i.e. non desinens. Gloss. ||

Indēsinētēr, adverb. Sine intermissione, semper & continuè. { ἀπού-
σως, ἀπελθάντως, ἀπελθώντως. GALL. Toujours, sans cesse. ITAL. Con-
tinuamente. GERM. Ohn underlaß, ohne aufzuhören. HISP. Siempre y de
continuo. ANGL. Alwayes, without ceasing. } Varr. 2. de re rust. cap. 9.
Et si alter indesinenter rēger est, ne sine cane grec sit. Victorius in
suis castigationibus Varonianis, & Scaliger in conjectaneis, hanc
vocē ait: Non reperi in codicibus MSS. clatè, sed variè & corruptè.
Indētōnsūs, a,um: Non tonsus. { ἄκραπος, ἄκρης. GALL. Qui n'est point
tondu. ITAL. Non tosato. GERM. Unbeschoren. HISP. No trasquilado.
ANGL. Unshorne, not polled. } Ovid. 4. Metam.

Additur his Nysēs, indētōnsūsque Thyoneus.

Indēx, icis: vide Indico.

India. { יִנְהַדְתֶּה. India. } Regio Orientalis, Asia terminus, quæ tam
vasta perhibetur, ut eam tradant esse tertiam partem omnium terra-
rum. Pomponius scribit tantum spatum litoris eam occupare, quan-
tum per sexaginta dies noctesque velificantibus cursus est. Tra-
dunt in ea fuisse quinque millia oppidorum, quorum nullum com-
minus fuerit. Nomen habet ab Indo flumine, in quem ab Occiden-
tali plaga desinat, qui solus præter Nilum crocodilos: creat à Sep-
tentriione Tauri jugis, ab ortu Eoo pelago, à Meridie suo, hoc est,
Indico clauditur. Gemmis abundat, capricanes & elephantos pro-
creat. Arbores habet semper frondentes, tellus bis fruges in anno
ad matutitatem perducit. Piper, calamum aromaticum, & cinnama
ad nos mittit. Indi propè gentium soli nunquam emigravere finibus
suis. Illic bina astates, lenes auræ, temperies cœli, ubertas soli,
aquaerum abundantia: quæ omnia faciunt, ut majora in India, quam
in ceteris regionibus nascentur animalia. Plaut. Cura. sc. 2. a. 3. Ve-
nimus in Catiā ex India. Idem Mil. sc. 1. a. 1. Elephanto in India
perfregisti brachium. ¶ Ab India sunt adjectiva: Indus, Ի. Ժ. &
Indicus, Ինդիկ. Ovid. Eleg. 6. lib. 4. Trist.

Quæquo sui iussis obtemperat Inda magistri
Bellua, servitium tempore vitta subit.

|| Indicum, est species floridi coloris.

Indicālo, Indicatura, Indicium: vide Indico.

INDICO, as, are: Manifesto, palam facio, enuntio, detego, demonstro.
{ יִנְחַרְבֶּה, יִנְהַדְתֶּה, יִנְחַרְבֶּה, יִנְחַרְבֶּה. GALL. Montrer, bailler à connoître. ITAL. Manifestare,
palesare. GERM. Anzeigen zu wissen thun. HISP. Demonstrar y des-
cubrir lo secreto. ANGL. To shew, to tell and declare. } Plaut. in Asin.
Egōne hæc patiar, aut taccam? Emori me malim quam hæc ejus
uxori non indicem. Lactant. lib. 7. Ipsa ergo virtutis perpetuas
indicat, humanum animum, si virtutem ceperit, permanere: quia
& virtus perpetua est, & solus humanus animus virtutem capit.
Plaut. Men. sc. 3. a. 5. Ne me indicetis qua platea aufugerim. Idem
Aul. sc. 2. a. 4. Cave cuiquam indicassis meum istuc esse aurum, Fides.
Ibid. Prolog. Nunquam indicate id filio voluit suo. Paulò post, com-
monstrare (de thesauro.) Idem Asin. sc. 2. a. 4. Emori me malim,
quam hæc non ejus uxori indicem. Idem Aul. sc. 6. a. 4. Eum, qui
abstulerit, si scies, mihi indicabis. ¶ Aliquando ponitur pro defero,
accuso. Յանձնու. Unde Ulpianus in l. indicasse 197. ff. de verb.
signific. Indicasse, inquit, reum, est detulisse, arguisse, accusasse, con-
vincisse. Sed hæc significationes in idem recidunt. ¶ Aliquando ne-
gotiationis verbum est, & rebus venalibus accommodum, quod in
mercibus distrahendis usurpatur, quando ille, cuius est merx, pre-
tium statuit rei quam venundat: est enim indicare vendoris: sicut
liceti emptoris. Յանձնու. Plaut. Persa, Indica, fac premium. D. Tua merx
est, tua indicatio est. Idem in Milite, Venio ad macellum, rogito
pisces, indica caros. Apul. lib. 1. Et percontato pretio, quod centum
nummis indicaret, aspernatus, centum viginti denariis præstnavi.
¶ Indicare, inquit Nonius aliquando promittere est: in qua signifi-
catione Ciceronem posuisse scribit. 3. Offic. Scævola Publī filius,
qui postulasset ut sibi fundus, cuius emperor esset, semel indicaretur.
Indēcātūs, a,um, participium. { יִקְרָא joke, יִקְרָא mukar. րանց, մաս-
սպ. GALL. Mis à prix. ITAL. Posto à prezzi. GERM. Geschertz/ans-
geschlagen. HISP. Puesto à precio. ANGL. Sett to a prize. } Plin. lib. 28.
cap. 13. Eadem ex causa emi liencem vituli, quanti indicatus sit.

Indēx, generis communis, qui, vel quæ rem secretam sibi notam enun-
ciat, quique indicium facit. { יִמְדֹה modhiāh, יִמְדֹה maghghidh.
մասպ, մասպաց. GALL. Denonciator, indicateur, qui declare quel-
que chose secrète ou cathée. ITAL. Manifestatore, dimonstratore.
GERM. Ein zeigner oder anzeigner. HISP. Descubridor del secreto.
ANGL. An appeacher or witterer. } Asconius scribit esse, qui facino-
ris, cuius ipse est conscius, latebitas indicat, impunitate proposita.
Ovid. 13. Metam.

An quid ad arma prior, nulloque sub indice veni. Mox:

— Timidi commenta retegit

Naupliades animi.

Salust. in Catil. Plerique Crasso ex negotiis privatis obnoxii con-
clamabant indicem falsum esse. Cic. 7. Verrina, Cujus rei neque index
neque vestigium aliquod, neque suspicio cuiquam est. Plin. lib. 8. cap. 16. Leonum animi index cauda, sicut & equorum au-
res. Cic. de Oratore, Imago animi vultus est, indices oculi. ¶ Præte-
rea Index in libris, quo corum indicantur argumenta. Idem 2. de

Orator. In Philosophos vestros siquando incido, deceptus indicib⁹
librorum, qui sunt ferè inscripti de rebus notis, verbum protinus
nullum intelligo. Idem lib. 4. ad Attic. Isque imperes, ut sumant
membranulam ex qua indices fiant, quos vos Græci, ut opinor, συ-
λάχτει appellatis. Gell. lib. 20. cap. 11. Neque item desunt qui indices
libris suis fecerunt. Senec. Epist. 39. Index Philosophorum (de libro.)
Et Suet. in Aug. cap. 101. Indicem rerum gestarum (de volumine.)
Idem in Calig. cap. 49. Index & titulus libri. ¶ Index item aliquando
idem significat, quod vulgo appellant titulum. Tibul. lib. 4.

Nec queris quid quaque index sub imagine dicat.

Mox, Titulus. Et Senec. cap. 9. de tranquill. Indices bibliothecæ &
librorum. ¶ Hinc proverbium, Per indicem aliquid tangere & ex-
ponere, pro summarim, strictim, obiter. Justinianus in Inst. Ut no-
bis, inquit, possibile sit summo digito & quasi per indicem ea te-
gisse. Asconius in Verr. 3. Quò quum esset ventum, ante quam causa
ageretur, quasi per indicem rem exponebant. ¶ Index item dicitur
digitus pollici proximus, propterea quod in indicanda re quipiam
eo uti soleamus. λιβύος. Lapis quoque quo auri bonitatem explora-
mus, à Latinis Index appellatur. Ovid. 2. Metam.

— perjurāque pectora vertit

In durum silicem, qui unc quoque dicitur index.

Indiculus, parvus index. Item epistola absque sigillo. Marcell. ¶
Indiculum, ii: Proprietate delatio detectio que rei, sive criminis facta
quopiam qui ejus conscius est. { Ռարուն աշխահ, պլանս, պլան. GALL. Indice, enseigne, montre, signe. ITAL. Indicio, segno. GERM. Ein
anzeigung oder entdeckung eines lasters. HISP. Demonstracion, des-
cubrimiento de las cosas. ANGL. A marke, a signe or token. } Plaut.
Aul. sc. 4. a. 1. Anus huic indicium fecit de auro. Idem Mil. sc. 3. a. 2.
Si indicium facio, interii; si taceo, interii tamen. Idem Capt. c. 4. a. 5.
Illic indicium fecit (te esse gnatum suum.) Ovid. Eleg. 1. lib. 2. Tripl.

Vnde nisi indicio magnisceiremus Homeri

Hospitis igne duas incaluisse deas.

Item, Corvus qui indicium fecit (i. præsignificavit futurum.) Plaut.
Aulul. sc. 3. a. 4. Salustius in Catil. Itaque consulente Cicerone fr̃
quens Senatus decrevit indicium falsum videri. ¶ Accipit item
Indicium pro signo, arguento, vestigio, sive nota alicuius rei. յա-
շեցք. Idem post redditum, Specimen hoc virtutis, hoc indicium ani-
mi sui fore non putavit. Idem pro Cluenio, Omnia quæ solent esse
indicia & vestigia veneni, in illius mortua corpore reperta sunt.
¶ Indicium profitari, i. polliceri se crimen indicaturum: Salust. in
bello Ingurth. 8. 1.

Indiculum, ծայսալոս. Onomast. Est parvum indicium apud Augustin.
Indicinā, չ: Indicium, qua voce usus est Apulcius. պլանս. Indicuz,
inquit, præmium occupasse.

